3

AMPLISSIMO
ITALICARVM ORD. CIST.
CONGREGATIONVM

Præſidi DD. Iacobo de Bardis, & admodum Reuerendis earundem Regiminum Patribus Frater Hyllarion Rangonius Monachus. S.

BIBLIOTECA ROMANA VITTORIO EMANUELE

NEMO eſt, qui dubitet tunc maximè Religionem in cordibus noſtris verſari, cum honorem Diuinum præ ſeferentibus operam damus. His inuigilare, cum & ſancti Patris noſtri Benedicti Regulæ præcepta, & Superiorum in dies exhibita nobis conſilia cohortentur, etiam atque etiam nos excitent; reliquum illud ſupereſſe videbatur, vt (quòd omnis alterius inſtituti cultores quique præſtitere) ipſarum, quibus noſtram moderamini viuendi rationem, conſtitutionum formula aliqua prælo excudenda traderetur. Sic enim & Monachorum commoditati, & fœlic. rec. Greg. XIII. Sanctioni, quam hucuſque grauiorum negotiorum protraxere occupationes, ſatisfactum fore putabatur. Hoc autem cum mihi à ſuperioribus ex ipſius Capituli in-

COL. S. BONAV.

ſtituto iniunctum fuiſſet, vt quamprimum fœlicem ſortiretur exitum, omni ſolicitudine contendi. Tibi verò in primis, vobiſq; potiſſimum vtriuſq; Lombardiæ, & Tuſciæ Regiminum Patres, quos ad hoc ſolum modò noſtræ Reip. in hac tempeſtate ſuprema prouidentia reſeruatos crediderim; vt eam non modo recreare, ſed & priſtino candori reſtituere poſſetis, iam abſoluta res conſecrari debere videbatur, tum vt tantis dicata Præſulibus, qui eam infringeret non haberet; tum vt aliquod animi erga vos mei vel qualecunq; teſtimonium haberetis. Lætabundo igitur obſequimini muneri, & quod minus dignum facit offerentis obſcuritas, non indignum ſua ipſius nobilitas reddat. Valete.

Ordinationes, & Statuta Congregationis S. Bernardi Italiæ Ordinis Ciſtercienſis, Decreto Capituli prædictæ Congregationis celebrati Romæ in Monaſterio Trium Fontium, Anno 1580.

Iuxta Bullam reformationis fel. recor. Sanctiſſimi D. N. D. Greg. xiij. Pont. Max. collectæ, reformatæ, & auctæ.

Quo tempore Capitulum Congregationis celebrari debeat. Cap. I.

QVANTVM emolumenti, ac vtilitatis christiana Religio ex generalibus Concilijs nanciſcatur atque percipiat, ex nouiſſima Tridentina Synodo facilè patet, quæ ſpiritu ſancto ducta, ſicuti innumeras antiquas ſanctiones, quæ in deſuetudinem omnino ierant, innouauit; Ita etiam ſtatuit, vt Synodi Diœceſanæ quotannis, Prouinciales vero ſingulo Triennio habeantur, idq; pro moribus moderandis, corrigendis exceſſibus, ac controuerſijs componendis, quibus alias prouideri difficile foret: Huc igitur dirigentes oculos Patres diffinitores, Bullæq; Sanctiſſimi D. N. D. Gregorij Tertijdecimi Pont. Max. inhærentes, quo diſciplina regularis conſeruetur, & collapſa reſtaurentur, ſtatuerunt capitulum totius Congregationi Ciſtercienſis Italicæ, ſingulo quoque triennio in vtraque Prouintia Tuſciæ, videlicet, ac Lumbardiæ, alternatim, tertia Dominica poſt Reſurrectionem Domini noſtri Ieſu

Chriſti, in Monaſterijs reſpectiue vbi id olim fieri ſingulis annis conſueuerat, celebrari debere modo, & forma inferius deſcriptis.

Quinam accedere debeant ad Capitulum. Cap. 2.

PRÆLATI omnes cum ſuis reſpectiuè Diſcretis, legitimè vt infra electis, nec non & Viſitatores maiores vtriuſque Prouintiæ ad capitulum accedere teneantur, nec eorum cuiquam abeſſe liceat niſi cauſa infirmitatis, quæ tamen à duobus infirmantis Monaſterio propinquioribus Prælatis cognoſcatur, ac demum capitulo notificetur. Prælatus verò domi remanens ſtante (vt præfertur) legitimo aduerſæ valetudinis impedimento, ſuum munus cùm in ſpiritualibus, tum in temporalibus omnino exerceat, atque exequatur, quinimo ei omnes reuerenter, ac humiliter obediant; idque vſque ad noui Prælati aduentum.

Quo tempore eligantur Diſcreti. Cap. 3.

IN vno trium dierum Dominicam Reſurrectionem ſequentium illius anni quo fuerint celebranda comitia, in omnibus, & ſingulis Congregationis Monaſterijs, ſeu locis eligantur ſinguli Diſcreti, ex numero ſaltem quatuor ſacerdotum vocalium pro quolibet Monaſterio ſeu loco. Quod ſi in aliquo Mo

naſterio

naſterio ſeu loco quatuor Sacerdotes vocales vtſupra reperti non fuerint, vnus vel plures prout opus fuerit ad ſupplendum talem numerum ex alio viciniori Monaſterio in quo vltra quatuor extiterint aſſumantur. Cui electioni pro veritatis teſtimonio cæteri in dicto Monaſterio ſeu loco commorantes interſint.

De ſufficiendo numero Sacerdotum vocalium. *Cap.* 4.

IN Monaſterijs ſeu locis Congregationis in quibus re ipſa non exiſtunt tot ſacerdotes vocales quot ad electionem Diſcretorum requiruntur, numerus huiuſcemodi per Regimen Prouintiarum reſpectiuè ex ſacerdotibus vocalibus viciniorum Monaſteriorum ſufficiatur, atque compleatur, idque infra totam Dominicam Septuageſſimæ illius anni, in quo capitulum celebrandum fuerit, de qua ſufficientia ſeu diſtributione vocalium huiuſcemodi, non tantum Prælati, ſed etiam vocales ipſi ad quos ſpectabit, quam primum certiores reddantur. Quòd ſi à prædicta Dominica Septuageſſimæ vſque ad tempus electionis diſcretorum aliquis vocalium ex ſuffectis vtſupra obierit, vel aliquod delictum commiſſerit pro quo voce actiua, & paſſiua veniat priuandus, vel etiam ad aliquam dignitatem fuerit aſſumptus, eò in caſu Regimen de alio vel alijs reſpectiuè vtſupra prout opus fuerit prouideat.

QVILIBET Prælatus Congregationis vel eo abſente, vel legitimè impedito Vicarius in proprio Monaſterio in vna ex tribus proximis ferijs Paſcatis Sanctiſſimæ Reſurrectionis, coactis in vnum, ac congregatis vniuerſis illius loci regularibus perſonis, eligat ſuum quiſq; diſcretum, in hunc qui ſequitur modum videlicet. Habeantur tria. Vaſcula in quorum primo reponantur nomina in ſchedulis deſcripta omnium Monachorum nō Sacerdotum, qui ſi tres ſaltem non fuerint, huiuſcemodi numerus ſufficiatur ſeu compleatur ex conuerſis, vel etiam ſi opus fuerit ex perſonis ſecularibus prout Prælato vel Vicario viſum fuerit. In ſecundo vaſculo recludantur nomina in ſchedulis itidem deſcripta omnium Sacerdotum vocalium illius loci reſidentium, vel etiam aliunde ſuffectorum tam abſentium quam præſentium. In tertio vero recludantur tot Ballotæ quot erunt Sacerdotes eligibiles, quæ quidem Ballottæ eiuſdem magnitudinis formæ, & coloris exiſtant præter vnam; quæ ab alijs colore tantum diſſimilis exiſtat. Quæ omnia adeo fideliter, & ſine dolo efficiantur, vt nullus fraudem omnino nec ſuſpicari quæat. His iam peractis diuino Spiritus Sancti numine humiliter inuocato, Prælatus, vel eius Vicarius extrahat, e primo vaſculo ſchedulam, eamq; altiori voce legat, & qui ſorte productus ac pronuntiatus fuerit, accedat ad ſecundum vaſculum

ſculum in quo videlicet fuerint ſchedulæ vocaliũ mox educta alia ſchedula ac lecta vt ſupra is qui pronuntiatus fuerit ad tertium vaſculum accedat; ſicq; alter ſchedulas, alter Balottas extrahat, deponentes vterq; cum ſchedulas, tum Balottas ſic eductas ſuper menſam quo uſque educatur ballota cæteris colore diſſimilis; tunc enim Prælatus acceptam ſchedulam ſimul eductam altiori voce publicè legat, illumq; cuius nomen ſchedula illa habuerit pronunciabit diſcretum illius loci legitimè electum; ſchedulæ verò ſic eductæ, vel etiam in vaſculo relictæ præbeantur omnibus numerandæ, ac legendæ, ne quis aliquam fraudem factam fuiſſe prætendere queat. Idem ſeruetur etiam antequàm in vaſculo mittantur. Diſcreti verò ſic electi ſi fuerint exempti ab onere hebdomadarum, uel qui etiam nequiuerint vel recuſauerint ad capitulum accedere, ſortes modo tempore, & forma prædictis iterentur.

De litteris teſtimonialibus. Cap. 6.

DISCRETI in capitulo non admittantur, niſi habeant, ac defferant ſecum litteras teſtimoniales de eorum legitima electione fidem facientes, ſubſcriptas ſtatim ſequuta electione coram Prælato, vel eius Vicario ab omnibus vel ſaltem à quattuor Sacerdotibus eorum qui electioni interfuerint, omni inuidia, & maleuolentia ceſſantibus, & hoc in maioribus Monaſterijs; Vbi vero minor numerus fue

rit ſubſcribant tres quibus ſors non euenerit, & pro ſup plimēto quattuor teſtium requiſitorum accedat alter è viciniori Monaſterio pro quarto ſubſcripturus, & in abſentia aliquorum imburſatorum tot vocentur Sacer dotes ex viciniori Monaſterio quot fuerint numero abſentes. ſi qui uero prædictas litteras ſubſcribere recu ſauerint, niſi aliqua iuſta de cauſa Patribus capitularibus notificanda, & ab ipſis iudicanda ſint priuati om nino voce actiua, & paſſiua per ſexennium, & niſi cau ſa aducta probata fuerit ab ipſis Patribus Capitularibus nihilominus admittantur.

Quis tenor literarum teſtimonialium. Cap. 7.

Reuerendis Patribus ad Capitulum Congregationis noſtræ celebrandum congregatis.

MITTIMVS ad vos Ven. N. confratrem noſtrum Diſcretum huius Monaſterij & Sociū Prælati noſtri per ſortem legitimè electum præſentibus nobis ſubſcriptis; Cui in omnibus ſtatum Monaſterij noſtri concernentibus fidem adhibere dignemini. Valete ex Monaſterio noſtro N. Die.

De expenſis pro Diſcretis faciendis. Cap. 8.

SVPPEDITENT atq; ſubminiſtrent Diſcretis legitimè electis ſumptus quos ad capitulū eūdo, vel inde redeūdo fieri contigerit Prælati in quo-

rum Monaſterijs reſidebunt tunc cum eligentur; Monachis verò vocalibus alterius Prouinciæ in alteram de conſenſu Patrum migrantibus, aſſignetur Monaſteriũ in Prouincia vbi profeſſionem emiſſerunt; ibiq; habeant vocem; ſed Prælati ſub quibus reſidebunt, tunc cum fuerint electi Diſcreti teneantur eos vel ſecum ducere, vel mittere ad capitulum proprijs ſumptibus, & expenſis.

Quæ forma in capituli celebratione ſeruanda. Cap. 9.

92 CONGREGATI in Domino vniuerſi Patres Capitulares Prælati vz. Viſitatores maiores Prouintiarum & Diſcreti in Monaſterio ſeu loco ad id electo ac deputato omnem Congregationem repreſentantes tertia Dominica à Reſurrectione Domini poſt decantatam horæ, Nonæ, laudem conueniant omnes in vnum locum, vbi huiuſmodi negotia tractari conſueuerunt, Ibiq; habita oratione de more ad Patres, redditiſq; a ſingulis Diſcretis teſtimonialibus litteris, & lectis inuentaria etiam diligenter confecta ſuppellectilis, rerumq; mobilium quorumcunq; Monaſteriorum à ſingulis Prælatis exhibeantur ac producantur. Die vero ſequenti mane omnes ſupraſcripti in Tẽplum conuenientes rem diuinam ſolemniter pro diuino ſpiritu inuocando, qui huic ſe concilio Ducem auctoremuè præbeat agant; Mox ingreſſi capitulum rurſus diuinum numen inuocantes dicant Hymnum, Ve-

ni creator ſpiritus, cum collecta Deus qui corda fidelium, Tum Præſidens abſoluat omnes in hunc qui ſequitur modum. vz.

Ego frater N. humilis Præſidens Congregationis Ciſtercienſis Italiæ auctoritate Apoſtolica abſoluo, ac abſolutos eſſe pronuntio omnes Prælatos Viſitatores, ac Regimen habentes Congregationis noſtræ, tam abſentes quam præſentes, ab adminiſtratione monaſteriorú, vel offitiorum ſibi commiſſorum; Qui omnes aſſurgant, apertisq; capitibus ſeſe humiliter inclinent abſolutionem huiuſcemodi approbantes. Mox eorum vnuſquisq; interſe ſe, & non infra Diſcretos ſuæ profeſſionis locum petat. Deinde Præſidens ſubſequatur, & dicat. Ego idem Præſidens auctoritate Apoſtolica abſoluo, ac abſolutum eſſe denuntio me ipſum ab adminiſtrarione Monaſterij mihi commiſſi, & ab offitio Præſidentatus. Quo facto ipſe ſimiliter ſuæ profeſſionis locum accedat. Qui omnes ſic ab adminiſtrationibus abdicati, ac amoti, vna cum Diſcretis in electionibs ſcrutatorum ac Diffinitorum vocem actiuam, & Paſſiuam habeant.

De Scrutatoribus. Cap. 10.

ELIGANTVR per Patres capitulares Prouinciarum reſpectiuè bini ſcrutatores per ſuffragia fabarum, quorum munus erit ſchedulas ſingulorum vocalium in capſulá iam à quocúq; ex prædictis

im miſſas aperire, & ſuper ijs ſcrutinium facere, ac Diffinitores per dictas ſchedulas electos coram omnibus pronunciare, præſtito prius coram omnibus iuramento de referenda veritate, ſeruanda fidelitate. Qui ſi fortè feſellerint ipſo facto excummunicationis ſententiam incurrant a qua non poſſint abſolui, niſi à Rreuerẽdo Præſidente, vel ab eo cui ipſe auctoritatẽ ſuam ſub delegauerit in foro conſcientiæ, præterquam in mortis articulo. Et ſi fraus manifeſta erit & probata ſint etiã priuati in perpetuum voce actiua, & paſſiua; & inhabiles ad quæcunq; officia exercenda, niſi ex diſpenſatione Apoſtolica, & de conſenſu diffinitorum aliter fuerit decretum. Ipſiq; ſcrutatores vtriuſq; Prouintiæ in ſimul ſchedulas ipſas ut legitime annotentur Diffinitores videre debeant.

Quomodo Diffinitores eligantur. *Cap. 11.*

95. ELIGAT ſibi vna quęq; Prouintia ſeptem Diffinitores, inter quos ſint ad minus quinq; ex illis qui ad capitulum acceſſerunt Prælati, reliqui duo numerum ſeptenarium conficientes aſſumantur ex arbitrio, & ſecundum conſcientiam eligentium. Eligantur autem hoc ordine. videlicet. Dentur ſingulis vocalibus ſingulæ ſchedulæ ſigillo Præſidentis obſignatæ, nec non à duobus ſenioribus maioribus qui aſtiterint ſubſcriptæ vt ricognoſcantur; In quibus ſchedulis nomina omnium vocalium Prouintiarum reſpectiuè

habeantur præter nomen eius cui dabitur ſchedula, ex quibus nomina eorum qui in illo capitulo acceſſerunt Prælati, ſignata ſint in marginæ paginæ ſigno crucis. In quibus ſchedulis à quolibet vocali relinquantur ſeptem tantum nomina, eorum quos quiſque malit pro Diffinitoribus, & ex ijs ſaltem quinque ex cruce ſignatis exiſtant. Quod ſi aliqua ex dictis ſchedulis à ſcrutatoribus reperta fuerit non habens ſeptem nomina relicta pro Diffinitoribus, & non fuerint in ea quinque ad minus ſignata ſigno crucis, ſchedula illa pro nulla habeatur, & vt inualida reijciatur, cuius ſchedulæ auctor ſi uenerit in lucem, ſciat ſe in illo capitulo nec alteri præſtare, nec pro ſe ſuffragium obtinere poſſe. His ita geſtis reponant quiq; vocales ſchedulas in modum prædictum ordinatas in capſam in medio capitulo poſitam, ad quam accedentes ſubinde ſcrutatores aperiant, ſcrutinium faciant, referant, ac pronuntient corã omnibus Diffinitores electos, quod ſi numerus non fuerit completus, ita ut pauciores ſeptem pro qualibet Prouintia reperiantur, numerus huiuſcemodi per ſuffragia Fabarum ſuppleatur, ita tamen vt ad hoc ſupplementum vocales omnes (præter iam electos) ballotentur, & in hoc ſcrutinio fabarum electi intelligantur, qui plura ſuffragia obtinuerint. Qui ſi qui pares ſuffragijs fuerint, ex ijs qui maior profeſſione fuerit electus habeatur, & tunc ab ipſis ſcrutatoribus etiam taliter electi facto ſcrutinio ſuper huiuſmodi electione per ſuffragia fabarum pronuntientur. Electi vero Diffinitores,

ac publicati accedant ad ſuperiores gradus, ſeruantes eo rum vnuſquiſq; inter ſeſe ſuæ profeſſionis locum.

Quomodo Capituli Præſes eligatur. Cap. 12.

SICVT in naturali corpore caput neceſſarium eſt, ſic etiam in miſtico, nempè in concilijs congregationibus, rebus publicis, capitulis, neceſſe aliquem primum locum tamquam caput tenere, quem cæteri vti Ducem ſequantur, propterea PP. Diffinitores Prouinciarum, quo omnia maturè, ac conſideratè fiant, eligunt vnum ex ſe ipſis illius nimirum Prouintiæ, in qua non habentur tunc comitia Præſidentem capituli per uota ſecreta; In quem eligendum ſaltem decem ex ipſis concurrant. Qui quidem Præſes non ſit minor ætate annorum triginta quinq;, & per Decennium Sacerdotis offitio functus fuerit, & non minus ſexennio in prelaturis honorifice ſe geſſerit, vt ſi contingat illum poſtea in Præſidentem triennalem eligi, nulla alia in electione occurrat inquiſitio. Hunc taliter electum ijdem met ſcrutatores pronunriabunt. Qui ſic electus, ac pronuntiatus ad ſupremum locum accedat, moxq; per breuem orationem habeat, qua Diffinitores ad munera ritè obeunda hortetur; & ſit ſeſſioni finis.

Quæ auctoritas P. Præſidentis, & Diffinitorum. Cap. 13.

PRÆSIDENS, & Diffinitores eo tempore quo comitia habebuntur, teneant primum locum in congregatione, habeantq; omnimodam, ac

plenariam

plenariam poteſtatem, & iuriſdictionem, tum in ſpiritualibus, tum in temporalibus ſuper omnia, & ſingula Monaſteria, ſeu loca, ac ſuper omnes, & ſingulas perſonas Congregationis; ſuper quas ius habeant in primis præcipiendi, cogendi, admonendi, corrigendi, puniendi, in carceres trudendi, excommunicandi, ſententiandi, ligandi, atq; ſoluendi, legeſcondendi, illasq; ſub pœnis, & cenſuris eccleſiaſticis obſeruari mandandi. Horum partes etiam præcipuè erunt Preſidentem, Prælatos, Viſitatores, Priores Clauſtrale, Cellerarios, alioſuè officiales, & officiarios eligere; Monacos, ac Conuerſos de loco ad locum tranſmutare, & demum ea omnia agere quæ Reipublicæ non inutilia fore duxerint. Nulli omnino liceat ab eorum ſententijs appellare, quinimo eorum decretis, ac determinationibus, quorum acta per ſcribã deputatum in libro perpetuo ſeruando à predicto Præſidente pro tempore exiſtente annotentur omnes acquieſcere teneantur. Ipſorum tamen offitio nec vltra decem dies minime, nec minus quinq; duraturo ſupraſcriptæ autem conſtitutiones, ordinationes, & declarationes durent de capitulo ad aliud capitulum, nec vlterius niſi per tria capitula fuerint confirmatæ; neq; obligent ſubditos tranſgreſſores ad culpam, niſi interuenerit contemptus, ſed tantummodo ad pœnam taxatam, & taxandam.

Modus

Modus in celebrando Capitulo tenendus. Cap. 14.

INGRESSI Præſes, & Diffinitores in locum vbi capitularia negotia tractanda fuerint, quod Diffinitorium dicitur (habita primum ſub ſilentio breui oratione ad Deum Opt. Max. ut eos dirigat in ſemitã iuſtitiæ, quod etiam quotieſcunq; congregantur faciãt) primum omnium Vicarium Clauſtralem, qui Domui præ ſit, & primum locum poſt Diffinitores habeat, conſtituant; Hic curam de omnibus gerat, ſed in primis eorum quæ cultum diuinum concernunt. Deinde e patribus ipſis Diffinitoribus illius Prouintiæ in qua capitulum celebratur eligant Promotorem cauſarum, ex alterius vero Prouintiæ Patribus ex qua etiam erit Præſidens, capituli ſcribam ſeu Notarium. Illius partes erunt ſigillatim ac ſummariæ omnia in eo conſenſu ac concilio pertractanda proponere. Iſtius vero quicquid ſuper propoſitis ſancitum, decretum, ordinatumu è fuerit, litteris mandare, ac ſcribere. De hinc ad examina ſingulorum capitularium deueniatur, idq; ſuper ſtatu ſingulorum Monaſteriorum ſeu locorum Congregationis. Quod cum de his fieri contigerit, quę ad aliquem Diffinitorum attineant recedat, & exeat, is cuius cauſa agitur, ne ipſe ſui ipſius iudex videatur; ſitq; libera facultas ei qui interrogabitur, ea omnia refferre, quæ pro bono congregationis referenda iudicauerit. Eumq; quicunq; is ſit, qui alicuius culpæ obnoxium eſſe cognoſcetur Præſidens cum conſilio Diffinitorum

rum ſic corrigat uerborum obiurgatione ac ſi opus fue rit pœnarum inflictione ſic corripiat, ac caſtiget, vt nulli ſpes veniæ peccandi aditum præbeat. Nulla ratio dignitatis, aut ſtatus, nulliusq; ſit perſonæ acceptio. Poſtremo omnia alia honorem Dei, animarumq; ſalu tem nec nō congregationis commodum, ac utilitatem concernentia, pro data ſibi à Deo gratia, ita tractent, promoueant, ordinentuè, vt à uiris verè ſapientibus ac prudentibus effecta eſſe uideantur.

De Electionibus Prælatorum, & officiariorum. *Cap.* 15.

CVM dignitates in Sancta Dei Eccleſia ad cōſer uandam, augendamq; Eccleſiaſticam diſcipli nam fuerint inſtitutæ, vt qui eas obtinerent pietate præcellerent, alijsque exemplo eſſent, merito qui ad eas vocantur tales eſſe debent, qui muneri ſuo reſpondere poſſint; Nam totius familiæ Domini ſtatus, & ordo mutabitur, ſi quod requiritur in corpore non inueniatur in capite; electuri itaq; Præſidens, & Diffinitores Congregationis, Prælatos, & alios offitiarios illud primum animaduertere debent, nempè ne ad dignitates quaſconq;, & offitia promoueantur, niſi qui de legitimo matrimonio nati, & procreati ætate, mori bus, vita, & doctrina, alijsq; quæ à ſacris Canonibus requiruntur prædití exiſtant, memores ſeſe grauiter admodum peccare, ſi præcibus, vel humano affectu, aut ambientium ſuggeſtionibus indignos præfecerint.

Quod

Quod non de Prælatis tantum, ſed de ijs etiam qui decedentibus per obitum, aut ratione perpetrati alicuius delicti amotis erunt ſufficiendi intelligatur. In quorũ numerum nullus poſſit cooptari qui offitia minora nẽpè Cellerariatus, & Prioratus digne gradatim ſaltem per biennium in quolibet offitio fideliter non exercuerit, vtq́; etiam tempus quo quilibet ſacerdos officium Viſitatoris minoris exercuerit computetur, perinde ac ſi idem ſacerdos per totidem tempus Cellerariatus, vel
24. Prioratus officium exercuiſſet. Antequàm igitur ad huiuſmodi electiones deueniant quæ quidem per vota ſecreta omni fraude, & dolo remotis fieri debent, eligant primum per fabatum ſuffragia binos ſcrutatores pro qualibet Prouintia ex Sacerdotibus capitularibus, quorum munus erit huiuſcemodi electiones à Diffinitoribus ſecreto ut præfertur factas ſcrutari, pronuntiare, ac publicare; Mox Deum ob occulos habentes, inuocato diuino numine prout in Diffinitorum electione fieri conſueuit, eligant per ſchedulas Prælatos monaſteriorum, qui quidem Prælati à dictis ſcrutatoribus iuratis de fidelitate ſeruanda, & referenda veritate pronuntientur. Quod ſi alicui Monaſterio per hunc eligendi modum de Prælato prouiſum non fuerit, ſuppleatur per ſuffragia fabarum; ita tamen ut duæ partes ex tribus in electionem huiuſcemodi concurrant, isq́; taliter electus ab ipſiſmet ſcrutatoribus ſimiliter pronuntietur.

Pręterea ſi tantum ſtudij in eligendis his qui ſingulis

Monaſterijs præficiuntur ponendum eſt, maximum quidem erit in eligendo triennali Præſide impendendum, qui non ſolum ut cæteri Prælatorum ſingulis Monaſterijs, ſed vt eorum omnium caput, omnibus ſit præficiendus. Hic ergo optimus ſit, cuius uirtus, cuius probitas, cuius ſplendor talis; ac tantus ſit, vt ex eo Prælatorum reliqui, & Monachi omnes monaſticæ vitæ, ac regularis diſciplinæ exemplum deſumere queant, ſit etiam ætatis, & qualitatis quæ requiruntur in Præſidente capituli, de quibus ſupra actum eſt; Eligatur uerò per ſuffragia fabarum à Diffinitoribus, vel ſaltem à decem ex ipſis, & aliter facta electio nulla, & irrita ſit.

Poſt hæc eligantur per ſchedulas pro qualibet Prouintia bini Viſitatores, quorum profeſſione maiores, ſint titulo Abbatis inſigniti, habeantq; vocem capitularem; ij etenim accedent ad Capitulum, ſine Diſcreto tamen, vocemq; habebunt, non ratione tituli Abbatialis, ſed officij Viſitatoriatus, & qui etiam Viſitatores Maiores ſtatim electi habeantur ſemper in numero Prælatorum, quia dignitas tituli Abbatialis annexa eſt offitio Viſitatoriatus. Reliqui verò Abbates titulares nec vocem huiuſcemodi habebunt, neq; ad comitia accedent. His peractis eligantur reliqui offitiarij, vz. Priores Clauſtrales, ſuperiores in Monaſterijs titulum Abbatialem non habentibus, Cellerarij, & Elemoſinarij, ij omnes ex Sacerdotibus vocalibus totius Congregationis per fabarum ſuffragia aſſumantur. Poſtremo ne quid inordinatum relinquatur, ſingulis Monachis,

ac

ac Conuerſis Prouintiarum reſpectiuè aſſignentur Monaſteria ſeu loca in quibus reſidere habeant prout melius PP. Diffinitoribus expedire videbitur.

De Capituli reſolutione. Cap. 16.

POSTQVAM rebus negotijſuè capitularib⁹ finis fuerit inpoſitus, omnibus in Capitulum cõgregatis ſcriba ſeu Notarius referat, atq; altiori uoce legat quæcunq; per Diffinitores decreta; ſancita, & ordinata fuerint. Hic cum munus ſuũ peregerit, tũ demum ad commemorationes, & abſolutiones iuxta veterem conſuetudinem accedatur. Modus autem hic erit, Primum cauſarum promotor ante Præſidem ſtans dicat, Abſoluatis animas Patrum, fratrum, ſororum ordinis noſtri, hoc triennio defunctorum; ſubſequatur Præſidens, & dicat; Animæ Patrum, fratrum, ac ſororum ordinis noſtri hoc triennio defunctorum requieſcant in pace; cui omnes reſpondeant Amen. Item Promotor dicat, Abſoluatis animas familiarium, ac benefactorum ordinis noſtri hoc triennio defunctorum, Præſes dicat, Requieſcant in pace, cui omnes reſpondeant Amen; Tum Præſes ſtantibus omnibus incipiat altiori voce pſalmum Deprofundis, cui finito, accedant Kyrie eleiſon. Pater noſter, & Collectæ Deus ueniæ largitor, & fidelium. Poſtea Promotor ſtans vt ſupra dicat Abſoluatis nos omnes præſentes ab omni vinculo excommunicationis, & diſpenſetis nobiſcum ſuper ir

regularitate, nec non detis nobis pleniſſimam Indulgentiam omnium peccatorum noſtrorum. Tum omnes dicant Confiteor, eo dicto, Præſes dicat Miſereatur veſtri, &c. Mox ſubiungat Auctoritate Dei omnipotẽtis, & Sanctæ Matris Eccleſiæ qua in hac parte fungor, & Auctoritate etiam ordini noſtro à ſummis Pontificibus conceſſa, abſoluo vos omnes præſentes ab omni vinculo excommunicationis, & diſpenſo vobiſcum ſuper irregularitate, doq; vobis pleniſſimam omnium peccatorum veſtrorum indulgentiam iuxta formam litterarum ſummorum Pontificum ordini noſtro conceſſarum, Dicatis pſalmum N. His ita geſtis procedant omnes eo gradu, ac ordine quem vnicuiq; dignitas tribuit in Eccleſiam cantantes, Te Deum laudamus, Præſidente tamen incipiente. Cũq; in Eccleſiam ventum fuerit omnibus reliquis in choro ordinate ſtantibus, aſcendat Præſes triennalis cum duobus maioribus Prælatis Prouintiarum hinc inde eum commitantibus ad gradum Altaris maioris vbi Deo Opt. Maxi. gratias agens dicat Orationem Actiones noſtras &c. qua perfecta omnes Prælati ad eum propius ſigillatim accedentes ea qua decet humilitate, reuerentiam, ac ſubiectionem policeantur, ac promittant.

Quomodo conſtituatur cuiuſlibet Prouintiæ Regimen, quaue ſit eius auctoritas. Cap. 17.

QVONIAM Diffinitorum adminiſtratio, & offitium intra ſpatium decem dierum emoritur,

tur, ne Reſpublica in emergentibus aliquid patiatur detrimenti; Conſtituantur duo Regimina, quorum vnũ Lombardiæ, alterum vero Tuſciæ. Prouintijs præſit, & quorum quodlibet ſex Patribus conſtet in hunc vz. modum. Vt quando Præſidens qui eligetur erit ex Prouintia Lumbardiæ, tũc regimen ipſius Prouintiæ Lumbardiæ conſiſtat ex dicto Præſidente Lumbardiæ duobus Viſitatoribus lumbardis, nec non & tribus Abbatibus etiam lumbardis à capitulo nominandis, inter quos ſemper Abbas Claræuallis Mediolani connumeretur, regimen vero Tuſciæ eodem triennio ſit penes Abbatem ſeptimi dicti ordinis Florentinæ Diocefis, ac duos Viſitatores Tuſcos, nec non tres Abbates etiã Tuſcos pariter à Capitulo conſtituendos. Cum vero contigerit Præſidẽtem eligi vnum ex Prouintia Tuſciæ, tunc Regimen illius Prouintiæ ſit penes ipſum Præſidẽtem, ac duos Viſitatores, nec non & tres alios Abbates Tuſcos à Capitulo etiam conſtituendos, inter quos Abbas ſeptimi ſemper cooptetur. Regimen vero Prouintiæ Lombardiæ eodem tempore habeant Abbas Clareuallis Mediolani, ac duos Viſitatores Lumbarde, nec non, & tres alij Prælati pariter Lumbardi à Capitulo vt præfertur eligẽdi; in quorum omnium electione forma in eligendis dictæ Congregationis Prælatis obſeruari ſolita omnino obſeruetur; Qui quidem Patres ſic electi, ac conſtituti, teneantur reſidere in partibus Florentiæ, & Mediolani reſpectiuè, & habeant per totum triẽnium ſuper eorum prouintias reſpectiuè eandem aucto

ritatem

ritatem cùm in ſpiritualibus, tum in temporalibus, tam in Capitibus quàm in membris, quam habent
14. Diffinitores tempore Capituli; Quod ſi intra dictum triennium aliquid quod vtramq; Prouintiam complectatur agendum occurrat, veluti forte literarum Apoſtolicarum expeditio, id per tunc Præſidentem, ac Viſitatores tranſigatur, accedente tamen etiam conſenſu Abbatum ſeptimi, & Clareuallis Mediolani, quo in Magiſtratu quoties aliquid pro bono Congregationis erit tractandum, id tantum canonicè determinatum cenſeatur in quod duæ partes ex tribus conuenerint: Nullus duo ſuffragia ferat ſed ſex vocum, ac perſonarũ numerus iuxta Bullam Sanctiſſimi D. Gregorij XIII. obſeruetur. Horum acta omnia à Viſitatoribus minoribus reſpectiuè litteris fideliter mandentur, ac in codices digerantur qui poſtea ad capitulum per dictos Viſitatores minores deferantur, ac videantur.

Quo loco, quoue tempore capitulum celebretur. Cap. 18.

INTER alia quæ in capitulo tractanda veniunt, nõ ommittant Diffinitores in primis præſcribere, aſſignare, ac publicè denuntiare locum, vbi futura cõmitia celebrari debeant; In quibus quidem commitijs celebrandis dies nec pauciores quinque, nec plures decem abſumantur; Cuius quidẽ celebrationis dicti capituli ſtatuta dies eſt tertia Dominica Reſurrectionis Domini; Quod ſi forte aliqua rationabili cauſa locum

mutari

mutari contigerit, id fiat vtroq; Regimine aſſentiente, & per menſem ante huius capituli celebrationem.

Quæ ſit auctoritas P. Præſidentis. Cap. 19.

PRÆSIDENS Congregationis ætate, ac alijs requiſitis præditus, vt ſuperius dictum eſt, electus etiã à Diffinitoribus Prælatus alicuius Monaſterij Prouintiæ in qua Regimen commoratur vz. pro Prouintia Tuſciæ in partibus Florentiæ, & pro Prouintia Lombardiæ in partibus Mediolani, iuxta Bullã Gregorianam habeat auctoritatem tam in ſpritualibus quàm in temporalibus in omnibus Monaſterijs dictæ Cõgregationis, ac tam in capitibus, quam in membris, omnes Prelatos durante triennio pro emergentibus cauſis conuocare, & omnia vtilia uniuerſæ Congregationi de conſenſu maioris partis, aſſiſtentibus etiam Viſitatoribns decernere debeat, ac in regiminæ vtriuſq; Prouintiæ quoties, & vbicumq; ipſe interfuerit, licet ex ea Prouintia non ſit, aſſiſtat tamen, & vocem habeat, & tamquam caput vniuerſæ Congregationis Monachos, & Conuerſos de loco ad locum mutare, & ex Prouintia in Prouintiam legitimis interuenientibus, cauſis auctoritate etiam propria mittere poſſit; illosq; ſic mutatos, & mutandos ſuperiores locorum perinde recipere ac ſi à Diffinitoribus id factum foret teneantur ipſi ſoli Præſidenti ad Romanam curiam etiam non habita à Regimine licentia, ſed tantum notificato ſuo receſſu

acce

accedendi ſit auctoritas. Omnium perſonarum Regularium congregationis confeſſiones audire, eaſq; à Caſibus etiam per Prælatos earum reſeruatis abſoluere, nec non, & cum eis ſuper irregularitate auctoritate Apoſtolica diſpenſare poſſit. Ad ipſum etiã ſpectet vbicunq; fuerit benedictiones impartiri; Regimen cogere, ac congregare, eaq; omnia cum collegarum conſilio, & aſſenſu decernere quæ in Congregationis bonum, & vtilitatem cedere iudicarit.

Præſidenti Prælatiſuè decedentibus, vel amotis quomodo ſuccedatur. Cap. 20.

PRÆSIDENS ſi intra triennium diem vitæ ſuæ obierit, alius de eadem Prouintia in illius locum cum ſimili poteſtate ad proxime futurũ vſq; Capitulum tunc duraturus per vndecim Patres Regiminis vtriuſq; Prouintiæ inſimul congregatos, & de conſenſu illorum omnium ſeu ſaltem octo ex illis eligatur, attentis tamen ætate, & qualitatibus requiſitis, nec non ſeruata forma in electione de qua ſuperius pertractatum fuit. Quod ſi aliquem Prælatorum intra triennium huiuſmodi decedere per obitum, ſeu à Viſitatoribus vel à Capitulo, vel ob aliqua demerita amoueri contigerit in locum demortui, vel amoti alius ex illis qui offitia minora exercuerit pro vt ſupra in cap. 15. ſufficiatur, aliterq; facta irrita ſit, & nulla, nec à capitulo recipiatur electio, nec non talem Prælaturam acce

ptans,

ptans, ſciens in electione ſua non fuiſſe ſeruatam formã electionis ſupra traditam, ipſo iure vtraq; voce per decennium priuatus cenſeatur ſua electione huiuſmodi propterea nulla, & inualida remanente.

Quam diu in eodem Monaſterio ſit Prælatura gerēda. Cap. 21.

PER ſæpe euenit, vt per frequentes Prælatorum mutationes Monaſteria Congregationis multa diſpendia patiantur, e contrario autem ab ijs qui bene præſunt vtilitatis multum nanciſci conſueuerint. Propterea decretum, ac ordinatum fuit Prælatũ cuius adminiſtratio per triennium laudabilis reperta fuerit, ac vtilis ſuo Monaſterio per aliud triennium in eodem Monaſterio confirmari poſſit, ita tamen vt finito ſexénio vacet à Prælatura eiuſdem Monaſterij per triennium, & poſtea eidem Monaſterio præfici valeat. Præſidens vero vltra triennium minime confirmari poteſt; imò finito triennio per ſexennium Præſidentatu vacet, quod locum habeat in Præſidente à capitulo electo non autem in eo qui ſubrogatus fuerit ab vtroq; Regimine in locum demortui intra triennium, is enim poſt triennij vacationem poterit ad dictum Præſidentatum reaſſummi, ac eligi. Idem etiam ſit de Prælatis, ita vt nullius incipiat niſi à die confirmationis à Patribus Capituli.

CVM Viſitationum ſcopus ſit bonos mores tueri, prauos corrigere, Monachos exortationibus, & monitionibus ad Religionem, pacem, & concordiam accēdere, cæteraq́; prout locus tempus, & occaſio feret ex viſitantium prudentia ad animarum fructum conſtituere; Idcirco præſes, cum Viſitatoribus maioribus Prouintiarum reſpectiuè à capitulo electis, & Viſitatore minore ſuæ Prouintiæ pro ſcriba ſeſe paterna charitate ad viſitandum Monaſteria, & perſonas quaſcunq́; dictæ Congregationis cum eadem quā habent Abbas Ciſtertij, & alij quattuor Patres Abbates dicti ordinis auctoritate conferre quolibet anno, illo excepto quo Capitulum celebrari contigerit, de menſe Maij teneatur, quæ quidem viſitatio ſingulis uicibus per totum menſem Iunij abſoluatur; Acta vero viſitationum ſingula in libro à Viſitatore minore vt præfertur annotata ad Capitulum poſtea celebrandum per dictum Viſitatorem minorem defferantur, vt etiam ipſi Vſitatores rationem eorum viſitationis reddere poſſint. Quod ſi contigerit Prælatum aliquem ſuo offitio priuari, vnus Vicarius tantum à Viſitatoribus vſq́; quo à Patribus Regiminis illius Prouintiæ alter ex eis qui minora offitia pro vt ſupra cap. 15. exercuerit, Prælatus in illius locum eligatur. Electiones autem illorū offitiariorum in cauſa priuationis huſmodi ab ipſis Viſitatoribus fieri valeant, qui Præſidens, & Viſitatore

in eorum viſitatione quaſlibet cauſas terminare, ac de-
cidere poſſint; Neminem tamen in ſui locum ad offi-
tium viſitandi ſubſtituere poſſint; Quod ſi quis prædi
ctorum ob aduerſam valetudinem aut aliter viſitatio-
num huiuſmodi labores ſufferre nequiuerit Patres Regi
minis reſpectiuè alium in eius locum magis idoneum
& aptum conſtituant, ſi autem ipſe Præſidens impo-
tens fuerit, Regimen illius Prouintiæ cuius erit Præſi-
dens duos aut tres Abbates ſuos alteri proponat Regi-
mini, & quem acceptauerit, à Præſidente ſubſtituatur,
& cum eadem auctoritate, viſitet. Ne vero viſitanti-
bus pecuniæ ad neceſſarios ſumptus in itinere facien-
dos deſint, decreuerunt Diffinitores Præſidi, ac Viſita-
toribus aureos centum viginti quotieſcunq; ad viſitan-
dum ſe contulerint dari debere,& ad eam ſummam cō-
parandam per vnamquamq; Prouintiam ſexaginta cō
ferri; Exigantur vero huiuſmodi aurei eo modo quo
capitulares taxæ cogi ſolent, vnico aureo addito pro ſin
gulo Monaſterio. Quod ſi quid ad eam ſummam ijs
pecunijs à Monaſterijs exactis defuerit, id ſuppleatur
ab ea Prouintia cuius erit defectus, Prælatis vero portio
nem non conferentibus, ea pena ſtatuitur, vt vſq; ad
ſatisfactionem à dignitate ſint ſuſpenſi.

Quibus caſibus Prælati, à Prælatura poſſint deponi. *Cap. 23.*

PRÆLATI non poſſint deponi niſi ob notoria
demerita,& præſertim deponantur ſi in diuino-

rum offitiorum, & Miſſarum celebratione quis notabiliter negligens fuerit, præcedente tamen vnica monitione, à Viſitatoribus facienda, & in libro viſitationum regiſtranda.

Si conuictus fuerit de hæreſi, vel valde ſuſpectus.

Si pro teſte falſo, aut calumnioſo, & detractionis crimine fuerit accuſatus, & conuictus.

Si confugerit ad iudices, & Principes ſeculares non habentes iuriſdictionem ſuper congregationem, & ordinem ad impediendas ordinis obſeruantias, & tuenda ſua crimina.

Qui de contagione Carnis fuerit conuictus, ordine prius iuris ſeruato.

Si crimina enormia ſuorum ſubditorum notabiliter diſſimulauerit præcedente tamen monitione.

Si Blaſphemus, & percurſor eſſe conſueuerit etiam ſi ſemel tantum notabiliter extra modum correctionis aliquem percuſſerit.

Si bonorum ſui Monaſterij notabilis fuerit diſſipator, & contemptor.

Si libellum infammatorium ediderit, vel ſcripſerit, vel ſcribi iuſſerit, vel conſuluerit.

Si exercuerit Mercaturas proprias.

Et demum qui non reſiderit in Monaſterio cum ſibi commiſſo grege notabiliter, & ſine ſuperiorum permiſſione, cum monitione tamen præcedente, & in libro Viſitatorum regiſtranda.

Quod Prælatus priuatus aliquo ex ſupraſcriptis caſibus

bus non poſſit iterum aſſumi niſi à capitulo, & tunc niſi viſa eius humiliatione, & iterum approbetur.

Quod ordines inter ſeſe ſeruent Prælati. Cap. 24.

ORDO vbi deeſt, ibi cõfuſionẽ quæ multa mala parere ſolet neceſſe eſt eſſe; Ad hanc Diffinitores omni ſuo conatu è Prouintijs extermina re volentes, ordines infraſcriptos Prælatis omnibus inter ſeſe ſeruandos ſtatuerunt, Nempè vt poſt Præſidentem, qui primum in Congregatione locum iure tenet ſequatur Abbas Sancti Ambroſij Mediolanenſis, poſt hunc Abbas ſeptimi Florentiæ, deinde gradatim ſubſequatur Abbas Clareuallis Mediolani, Abbas Clareuallis Placentiæ ſeu Columbæ, Abbas Sancti Petri Papien. Abbas Miſericordiæ, Abbas Sancti Martini Parmen. Abbas Sanctæ Mariæ ab Angelo Fauentiæ, Abbas Trium Magorum Viqueriæ, Abbas Sanctæ Crucis in Hieruſalem, Abbas Cauæ Cremonen. Abbas Quartarolæ, Abbas Cereti, Abbas Cremæ, Abbas Morimundi, Abbas Boniſolatij, Abbas Ciſtelli, Abbas Sancti Benedicti, Abbas Sanctæ Mariæ Roncibiani, Abbas Sanctæ Trinitatis de Pinu, Abbas Sanctę Luciæ comitatus ſtalli, Abbas Sancti Gaudentij, Abbas Sancti Domnini Credariæ, Prior Sancti Bartholomei Ferrariæ, Prior Sancti Thomæ Torcellarum, Prior Triumfontium, ſeu Sancti Anaſtaſij, Prior acquæ Friggidæ, Prior Nonantulæ, Prior Sancti Andreæ de Buſco; Hos Ordines

ſer-

ſeruent etiam inter ſe ſupraſcriptorũ Prælatorum Priores Clauſtrales, & Superiores reſpectiuè in Monaſterijs in quibus non eliguntur Abbates, Superiores teneant locum immediate poſt Priores; Viſitatores vero minores vbi fuerint locum immediate habeant poſt Priores Clauſtrales, & etiam poſt Superiores, qui loco Priorum Clauſtralium habentur in eorum domo propria, extra verò dicti Viſitatores præcedant. Et quam uis Abbates Titulares locum habeant immediate poſt Abbates vocales, in Domo tamen propria Priorũ Prælatorum ſtent, atq; ſedeant infra dictos Priores. Inter ſeſe vero ſuum unuſquiſq; ſuæ profeſſionis locum ſeruent. Quod ſi acciderit in aliquo Monaſterio ſeu loco Congregationis Prælatum, ac reliquos illius loci Regimen habentes vno, & eodem tempore abeſſe, Sacerdos profeſſione maior illius loci conuentui præſit, niſi aliter ſuper hoc à Prælato ordinatum fuerit. Præterea ſi etiam contigerit Abbatem aliquem declinare in Monaſterium vbi fuerit Prior Prælatus, Abbas cum interfuerit incipiat, ac terminet diuinum offi ium, ſigna faciat, benedictiones impartiatur, aliaq; faciat quæ ad dignitatem pertinent. Reliqua vero proprius Prælatus, vel eius Vicarius peragat. Si autem contingat aliquem Abbatem benedictum eligi in Priorem Prælatum, inter Abbates titulares ſedens ſuæ profeſſionis locum obtineat, nec non ſuper humerali, & annulo utatur. Cũ uero aliquis Abbas vel plures ad aliquod Monaſterium acceſſerint, in quos Abbas pariter ſit præfectus, ſeruent

inter ſe

inter ſe ſuos ordines, Abbate tamen loci primum locũ vbiq; tenente; Qui quidem Abbates aduenæ huiuſmodi accedentes, vel inde recedentes proprio illius loci Abbati acceſſum, & receſſum notificare teneantur, ſi verò ibi erit Præſidens, ei omnes corã omnino ſeſe præſentẽt.

De deputatis ad Prælaturas, offitia, & reſidentium Monaſteriorum. Cap. 25.

PASTORIS eſt Oues ſibi commiſſas verbo, & exemplo paſcere, quod ſanè effici non poteſt, niſi illis præſentia adſit; ſanxerunt igitur Diffinitores, vt Prælati quiq; poſtquam fuerint abſoluta comitia ad ſua reſpectiuè quamprimum Monaſteria ſeu loca accedant, ibiq; inuigilent, quoad fieri poteſt, diu, noctuq; ſuper commiſſum ſibi gregem, ſcientes ſe de omnibus negligentijs Deo Opt. Max. rationem reddituros, reliqui vero Monachi Sacerdotes tam Officiarij, quam non ſi infra menſem à reſolutione capituli ad aſſignata ſibi Monaſteria, ſeu loca vel offitia non acceſſerint, ſint priuati voce actiua, & paſſiua vſq; ad ſequens immediate capitulum incluſiue; quod ſi vltra menſem in hoc fuerint contumaces compellantur (ſi in Monaſterijs commorentur) per ſuperiores adire Monaſteria ſibi aſſignata per omnes ordinis pœnas, ſi verò extra Monaſteria fuerint, peracto eo menſe in numero fugitiuorum cenſeantur. In quas pœnas ipſo facto incurrant etiam quicunq; in aſſignato ſibi loco vſq; ad præſcri-

ptum tempus ceſſante legitima cauſa à regimen, vel à Præſide cognoſcenda,& approbanda nō perſeuerauerit.

Pecuniæ ad ſumptus in capitulo faciendis vnde ſint ſumendæ. Cap. 26.

NE Monaſteria Congregationis in quibus comitia habentur nimio expenſarum onere prę mantur. Statuerunt Diffinitores ſingulos infraſcriptorum Monaſteriorum Prælatos vz. S. Ambroſij, Septimi, Clareuallis, Columbæ, S. Martini, S. Bartholomei Ferrariæ, Cerreti, & Morimundi quinque aureos, aliorum vero Monaſteriorum ac locorū Prælatos ternos aureos pro expenſis huiuſmodi conferre, ac ſoluere debere. Qui omnes ſi antequam capitulum ingrediantur non ſoluerint voce actiua careant,& nihilominus ſoluere compellantur, quas pecunias reſpectiuè Prælati etiam ſi ſecum non habuerint Diſcretos famulos, nec equos ſoluere teneantur.

Monachi quo pacto à Monaſterijs amouendi. Cap. 27.

NE cui Religioſo graue ſit de Monaſterio in aliud Monaſterium migrare, declaratum fuit per Diffinitores quemlibet alicuius Monaſterij Cōgregationis profeſſum intelligi debere profeſſum reliquorum Monaſteriorum illius Prouinciæ, Cęterum profeſſus vnius Prouintię niſi ob aliqua demerita in aliā

Prouintiam pro quibus illi merito peregrinandum fuerit, vel ex gratia ad petentis inſtantiam tranſmitti non poſſit.

De Computis, & inuentarijs ad Capitulum deferendis. Cap. 28.

VT bona Monaſteriorum Congregationis veluti Ieſu Chriſti patrimonium bene ac fideliter adminiſtrentur præcipiunt Diffinitores ſingulis Congregationis Prælatis vt ad capitulum deferant Monaſteriorum ſuorum reſpectiue iuſta debita, credita, redditus, & expenſas, nec non etiam inuentaria ſuppellectilium dictorum Monaſteriorum, & ſingularum Cellarum Monachorũ ab ipſiſmet Monachis ſubſcripta, Idq; ob id vt redeunti à comitijs nouo Prælato omnia, & cognoſcenda, & recenſenda proferantur; qui quidem Prælatus cum primum ad Monaſterium ſibi aſſignatum appulerit, & computa reuidere, & inuentaria recognoſcere non differat, quod ſi quid forte amiſſum fuerit, aut aliter deperierit, id ab eis quorum culpa perierit ex integro reſarciatur. Prælatus vero qui computa huiuſmodi, ac inuentaria ad capitulum non detulerit, vel miſerit, voce actiua in capitulo careat. Vt vero ſit locus pœnæ contra inobedientes computa, ac inuentaria huiuſmodi præſententur eodem die quo litteræ teſtimoniales Diſcretorum præſentari ſolent.

Quod nullus tempore capituli, vel Viſitationis extra Monaſteria pernoctare audeat. Cap. 29.

QVONIAM cum abſunt ab ouilibus Paſtores Oues perſepe huc, atq; illuc errare in ſui maximum diſcrimen, ac periculum equum nõ eſt, cenſuerunt propterea non liceat ijs qui Prælatorum vices gerunt in Monaſterijs dum comitia habebũtur, aut ſuperioribus quibuſcunque per menſem poſt inchoatã illius Prouintię viſitationem permittere Religioſos ſibi ſubditos extra Monaſteria pernoctare; Quod ſi aliter factum fuerit Prælati, vel ſuperiores vtſupra à dignitate, vel officio per menſem ſuſpendantur, licentiati vero huiuſmodi ſint in Clauſtro per annum integrum; Excipiuntur tamen ab hoc decreto Cellerarij cum eis quos ſuperiores huiuſmodi dederint ſibi ſocios, idq; vrgẽtibus Monaſteriorum negotijs; & non aliter. Nemo tamen omnino quiſquis ille ſit Capitulum non vocatus adire audeat, quod ſi quis auſus fuerit in numero fugitiuorum habeatur.

Quæ, & quo ordine in Monaſterio, vbi capitulum celebratur Miſſa ſint tractanda. Cap. 30.

SI in omnibus ante omnia Regnum Dei quærendum, ſanè in primis id in negotijs maximi ponderis nempè in creandis magiſtratibus omni ſtudio curandum eſt. Quamobrem in Monaſterio vbi comitia

mitia habebuntur, primo die, quæ erit feria ſecunda, Miſſa pro Spiritus Sancti inuocatione à Præſidente, & miniſtris Viſitatoribus ſolemniter celebretur, cui omnes capitulares interſint, Feria vero tertia cantetur Miſſa de Sancto Bernardo, Feria vero quarta de Sancto Benedicto, itidem ſolemniter, Mox feria quinta fiat ſolẽne anniuerſarium pro omnibus Defunctis ordinis noſtri. Ad quas Miſſas nec non & reliqua diuina offitia, cunctaſuè regulares obſeruantias omnes capitulares cõcurrant ſub pœna diſciplinæ Regularis, excipiuntur ab ijs Diffinitores, & ij quibus aliquod graue negotium demandatum fuerit; His diebus ſi aliquod feſtum occurrerit in quo duæ Miſſæ dici conſueuerint Matutinalis de Sancto dicetur, Maior vero vtſupra dictum eſt ſolemniter decantabitur.

A Carnibus dum, & vbi Capitulum fiet abſtinendũ. Cap. 31.

VBI frugalitatis, & Parſimoniæ leges conduntur, ibi maximè parſimonia fulgere debet. Propterea præſenti decreto ſancitum eſt vt in Monaſterio vbi comitia habebuntur, quamdiu negotijs rebuſuè Capitularibus opera dabitur, à carnibus omnes abſtineant, & in Refectorio ſaltem in Prandio cibum, qui duo obſomia non excedat cum conſueta lectione ſumant.

Monachi, Conuerſi, & offitia gerentes quo pacto permutandi.
Cap. 32.

PER menſem integrum, & non vlterius poſt abſolutum Capitulum liceat ſingulis quibuſcunq; Prælatis Congregationis exceptis iis qui fuerint Romæ inter ſe viciſſim aliquos Monachos, & Conuerſos ſibi reſpectiue aſſignatos permutare de conſenſu tamen partium permutantium, & permutandorum. Qui ſic permutati Monaſteria permutationis nō ſecus habeant, ac ſi in ea à Diffinitoribus deputati eſſent.

Quomodo offitiarij ab eorum offitijs ſuſpendi poſſint. Cap. 33.

AD tollendas ex Monaſterijs ſeditiones, ac diſcordias, quæ ab offitiarijs oriri ſolent, cum ab eis debitus honor ſuis reſpectiuè Prælatis non habetur. Diffinitores Regulæ diui Benedicti præceptis inhærentes, ſanciunt Priores, Supriores, Celerarios, alioſuè quoſcunq; offitiarios, qui Prælatis ſuis non obedierint, vel eorum præceptis fuerint proterui & contumaces, vel aliquod aliud indignum facinus patrarint non obſtantibus quibuſcunq; tractatibus de eorum electionibus in Diffinitorio vel alias habitis, poſſe per dictos eorū Prælatos ab offitijs ſuſpendi, donec à Præſide, & Viſitatoribus vel à Prioribus Regiminis cognita cauſa, aut amoueantur omnino, aut denuo ad illa habilitentur.

Prior Sancti Andreæ à Buſco quomodo eligendus. *Cap.* 34.

CVM ad Reuerendi Abbatem Abbatiæ Sancti Andreæ de Buſco auctoritas petendi Prioré qui eidem Monaſterio præſit, videatur attinere, declarauerunt Diffinitores eum qui huiuſmodi Prioratum geret, donec petitio huiſmodi ad Abbatem ſpectabit, nullis priuilegijs, nulliſuè commodis, quæ in Bulla reformationis Sanctiſſimi D. N. Gregorij XIII. Pont. Max. continentur poſſe gaudere, nec quemquam ex Prælatis aliorum Monaſteriorum Cógregationis ad ſubeunda in eodé Monaſterio Prioris onera cogi poſſe.

De Diuinis offitijs. *Cap.* 35

CVM nemini lateat maledictum eſſe qui facit opus Dei negligenter, nihilq; diuino operi iuxta Regulam Diui Benedicti eſſe præponendú ne diuinum offitium adeo negligenter à Monachis Cógregationis perſoluatur, vt merito in illos dictum Domini noſtri retorqueri poſſit, Populus iſte labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me; Præſenti decreto diſtrictè præcipitur omnibus Prælatis, ac Monachis Congregationis vt nulla quauis occaſione præterquam egritudinis omittant quotidie totum diuinum offitium celebrare in Choro modo, & forma in inſtitutis ordinis contentis, & conſuetis, neq; paucitas vnquá excuſet, nam ſi vnus tantum fuerit à quo id proficî quẽat ab vno illo efficiendum decernitur.

In Monaſterijs igitur in quibus maior Congregatio fuerit Miſſa quotidie, tertia, & veſpere cantentur(Maior autem congregatio ea intelligitur vbi duodecim ſaltem Monachi fuerint) vbi vero minor congregatio fuerit diebus feſtiuis itidem Miſſa, tertia & veſpere cantentur, reliquis vero diebus Miſſa ſaltem decantari non omittatur. Vbi etiam fuerint octo Sacerdotes ad celebrandum idonei vltra hebdomadam Miſſæ conuentalis, quæ vbiuis locorum nunquam omitti debet, ad reliquas Miſſarum hebdomadas nempè de Beata Virgine, pro defunctis, nec non matutinalium omninò teneantur; Vbi vero fuerint pauciores à Miſſa pro defunctis excuſentur, ſed hebdomadarius Miſſæ Beatæ Virginis in ipſa Miſſa quotidie, & Collectam pro defunctis dicat, & ſacrifitium offerat.

Quorundam Sanctorum feſta in Congregatione celebranda. Cap. 36.

DEVM Opt. Max. in eius Sanctis laudari iubet Propheta Dauid; cōſulto igitur ſancitum fuit, vt in poſterum infraſcriptorum Sanctorum feſta in Monaſterijs Congregationis noſtræ quotannis celebrentur, videlicet feſtum Sanctæ Franchæ poſtridie Sancti Marci Euangeliſtæ, Sancti Thomæ Aquinatis, Sanctæ Scholaſticæ, Sancti Mauri, Sanctorū Placidi, & ſociorum, Sancti Silueſtri, Transfigurationis Domini Sexta die Auguſti cum duodecim lectioni

bus, &

bus & duabus Miſſis, feſta etiam eorum Sanctorum, quorum corpora vel inſignes reliquiæ in Monaſterijs noſtris habebuntur, vel quibus altaria dicata fuerint, necnon & eorum in quorum Dioceſi Monaſteria ſunt conſtructa cum duodecim lectionibus, & vna Miſſa agantur. Supraſcriptis adduntur, ex conſtitutione Sanctiſſimi DD. Noſtri Sixti Quinti Pontificis Maximi, feſta Præſentationis Beatiſſimæ Virginis Mariæ cum duodecim lectionibus, & duabus Miſſis, Franciſci de Paula, Nicolai de Tolentino, Antonij de Padua confeſſorum, necnon Iannuarij cum ſocijs, cum duodecim lectionibus, & vna Miſſa.

Angelorum canticum, nempè Gloria in Excelſis Deo, & Symbolum Nicænũ quomodo in Miſſis dicantur. Cap. 37.

NE Congregatio noſtra in celebrandis Miſſis ab alijs Religionibus diſcrepet, quod quidem ſi abſq; ſcãdalo fieri certè abſq; admiratione ne quid, Sacerdotes quiq; hanc regulam ſeruabunt; Vt canticum Angelicum vz. Gloria in excelſis Deo, & Symbolum Nicænum hoc eſt, Credo in vnum Deum, in omnibus diebus quibus Romana Eccleſia omnium Eccleſiarum Magiſtra dicere ſolet, non omittatur; Caueant vero Sacerdotes ne canticum Angelicum huiuſmodi dicant cum per hebdomadam Dominicalem Miſſam transferri contigerit. Nullus itidem Prælatus Symbolum fidei organis cantari permittant, ſed vocaliter ab vtroq; choro cantetur.

Quod

Quod anniuerſarium poſtridie Sancti Lamberti quotannis celebretur. Cap. 38.

INTER ea quæ miſericordiæ opera dicuntur, id maxime omni laude dignum, quod in Defunctorum ſuffragia impenditur, ij enim qui in confeſſione Domini deceſſerunt, in quã Purgatorij carcere detinẽtur, ex pijs viuorum operibus mirabile refrigeriũ ſentiunt: Anniuerſariũ igitur quod de more antiquo ordo noſter pro Defunctorum animabus celebrare cõſueuit, poſtridie feſti diui Lamberti quotannis omni impedimento remoto ab õnibuſq; deuote celebretur.

Miſſa de Spiritu Sancto pro Capitulo celebranda. Cap. 39.

QVONIAM in comitijs non alicuius priuati Monaſterij ſed totius Reipublicæ bono pſpicitur, equum eſt vt Miſſæ pro inuocatione ſpiritus Sancti non tantum in eo Monaſterio vbi Capitulũ celebratur, ſed in omnibus alijs Monaſterijs Congregationis non tantum conuentualiter, ſed etiam priuatim ab omnibus Sacerdotibus, ijs exceptis ad quos de Beata Virgine, & pro Defunctis Miſſas agere attinebit, omnino percelebrentur.

Quomodo diuina offitia feria quinta ſexta, & ſabbato hebdomadæ Sanctæ agantur. Cap. 40.

VT in officijs (quod ſuperius ſæpe dictum eſt) Congregatio noſtra Romano ritui, ac cæterorum

terorum Religioſorum inſtitutis conueniat, Diffinitores ſanciunt ferijs, quinta, ſexta, & Sabbato hebdomadæ ſanctæ diuina offitia Romano more, & vt Caſſinenſes Monachi ſolent perſoluenda eſſe; Omnibuſq; & ſingulis Pſalmi 135. verſiculis cuius initium eſt Confitemini Domino quoniam bonus, inter caleres verſus nempè quoniam in eternum miſericordia eius adiungi debere; Quin & in omnibus Monaſterijs canticum Virginis nempe Salue Regina à Monachis genibus flexis incæptum ſit ſemper in Complectorio dici, vt nulla alia laus poſſit eius loco decantari; In laudibus etiã, & veſperis ſemel tantum, & id poſt omnes orationes Benedicamus Domino Romano ritu dici.

Quota hora noctis ad Vigilias, ſeu matutinas laudes ſurgendum. Cap. 41.

VT omnia locò, & tempore, & ea maxime quæ ad Dei cultum pertinent ordinatè fiant; Mandant Diffinitores vt in omnibus, & ſingulis Congregationis Monaſterijs vbi minor Congregatio fuerit ſi non ea hora quæ à Diuo Benedicto præſcripta fuit, ſaltem per horam ante lucem ad vigilias ſurgatur. Ad quas omnes, qui aut egritudine, vel à legitimo impedimento detenti non fuerint, concurrant, quòd ſi aliquis ad has, vel ad alias quaslibet canonicas diei horas adeo tardè aduenerit, vt ſecundus cuiuſque horæ Pſalmus iam fuerit inceptus, Chorum non intret, niſi prius flexis ad gradum genibus ſentiat ſibi à ſuperiore

ingrediendi chorum veniam dari, qui itidem ad Menſam poſt habitam benedictionem acceſſerit, genibus ſimiliter flexis accumbendi facultatem, & licentiam & petat, & cõſequatur, in gratiarum vero actionibus poſt ſumptum cibum pſalmus De profundis, cum collectis Omnipotens Deus cui nunquam, & fidelium ſemper accedat. Quæ omnia latius in vſu ordinis habentur.

Seniores quibus obſeruantijs eximantur. Cap. 42.

SENECTVTEM omnibus honoribus, omniq; reuerentia colendum omnes rectè Rempublicam inſtituẽtes docuere, Ob id edicũt Diffinitores Prælatis quibuſcunq; vt in id omni conatu intendant, vt ſeniores nullum ſi fieri poſſit incommodum patiantur. Declarantes eos qui in Congregatione annum agent Quadrageſſimum non tantum ab onere ſurgendi ad vigilias, ſed etiam ab omnibus hebdomadibus præterquam Miſſarum eſſe exemptos, ac abſolutos.

Monachi nulla niſi graui de cauſa ex Monaſterijs exeundum. Cap. 43.

CVM Monachi nomen nil aliud perſeferat quã ſolitudinem, ita vt qui hoc nomine cenſetur debeat reipſa, & vitam ſolitariã gerere, & ab omnium ſecularium conſortio quoad fieri poteſt ſeorſum ſtare; Caueant Prælati ne leuiori qualibet cauſa permittant ſibi ſubditos Monachos, & Conuerſos extra Monaſteria vagari, in eorum animarum diſcrimen, & ſe-

cula

ſecularium ſcandalum quod ſi quandoq́; aliqua legitima cauſa contigerit non nullos dimittere non eos omnino permittant ſolos, ſed binos ſaltem exire. Cellerarijs vero locorum ubi minor Congregatio fuerit, ſi Monachus, vel Conuerſus in ſocium aſſumi non potuerit, famulus ſaltem eorum vitæ, & actuum teſtis aſſocietur. Quod ſi aliquis vel ſolus, vel ſocio conuictus tam indignum facinus auſit vt meretriciam domum ingredi nõ vereatur, vel etiam ſcortũ vbicunq; impudicè alloqui, ſi Sacerdos fuerit voce vtraq́; per triennium careat, nec Monaſterij Clauſtra per annum egrediatur, ſi non Sacerdos vel Conuerſus in carcerem per annum ieiunio panis, & aquæ ſingulis diebus Veneris affligendus trudatur. Caueant uero ante omnia etiam Prælati ne prædictos ſubditos ad funeralia, vel ad Miſſas in alienis Eccleſijs dicendas exire permittant.

Quod Monachi vel Conuerſi exeuntes non pernoctent extra Monaſteria. Cap. 44.

QVICVNQ; aliqua legitima cauſa exeundi extra Monaſterium à Prælato veniam obtinuerit, caueat ne vltra menſem abſit, alioquin ſciat ſe ipſo facto in priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ vſq́; ad ſequens Capitulum incluſiuè, pœnam incidiſſe; ſi quis vero longiori termino indigerit id à Regimine obtinere ſtudeat, non enim permittitur Prælatis vltra menſem ſubditos licentiare poſſe, quod ſi fecerit per Viſitatores grauiter puniantur. Nullus verò ex ſub

ditis licentiatis huiuſmodi in Ciuitate in qua aliquod Congregationis Monaſterium fuerit,vel ab ea quinque tantum miliaribus diſtet extra Monaſterium huiuſmodi pernoctare audeat, quod ſi aliqua forte grauiori cauſa eum extra manere cogat, de ea Abbatem vicinioris Monaſterij certiorem faciat, veniamq; petat, ea non obtenta nullo pacto extra Monaſterium pernoctare audeat, ſub pœna clauſtri per annum pro qualibet vice, tempore verò Quadrageſſimæ aut Aduētus, nullus præter Prælatos ac Cellerarios, idq; pro negotijs Monaſteriorũ tantũ extra Monaſteria pernoctare permittatur.

Solemnitatem Roſarij Beatæ Virginis Mariæ Congregationi noſtræ in conſuetudinem inducen. Cap. 45.

CONSTAT Beatum Dominicum ordinis Prędicatorum inſtitutorem Spiritu Sancto afflatũ cum Galliarum, & Italiæ partes Albigenſium hæreſis maximè grauaretur, ad iram Dei placandam & Beatiſſimæ Virginis opem implorandam, pijſſimũ illum orandi modum inſtituiſſe quod Roſarium Beatiſſimæ Virginis nuncupatur; Hunc imitatus Sanctiſſimus D. D. Gregorius eius nominis XIII. Pont. Max. poſt quaſſatam Claſſem profligatumuè exercitum turcarum non longe à ſinu Corynthiaco ad tantæ victorię cælitus conceſſæ memoriam conſeruandam, nec non & ad gratias Deo, & Beatiſſimæ Virgini agendas, mo tũ proprio decreuit perpetuis futuris temporibus qualibet prima die Dominica menſis Octobris in ijs vz. Ec-

clesijs

cleſijs in quibus altare, vel Capella Roſarij fuerit, ab omnibus Chriſti fidelibus feſtum ſolemne Roſarij Beatæ Virginis celebrari debere. Horum Sanctiſſimorum Patrum exemplo ducti Diffinitores perſpicientes congregationem per multis calamitatibus vexatam infinitis periculis fluctuātem conſultó conſueuerunt ſub Beatiſſimę Dei genetricis certiſſimę Ducis,& aduocatæ pręſidium confugiendum eſſe. Quamobrem præſenti decreto votum Regiminis ſuper hoc emiſſum ante omnia approbantes in omnibus Monaſterijs Cōgregationis prædictæ feſtum Roſarij huiuſmodi qualibet prima die Dominica Octobris cum offitio Natiuitatis mutato nomine eſſe quotannis omni veneratione celebrādum. Nec non & altaria ſeu Capellæ in locis vbi iam re non exſtant, ad hunc effectum erigenda eſſe.

Quod offitium à Conuerſis dicendum. *Cap.* 46.

QVAMQVAM Conuerſis in Congregationem aſciſcantur vt actiuæ vitæ, magisquam contemplatiuæ inſeruiant, æquum tamen eſt, vt & ipſi non nihil temporis Deo Opt. Max. laudando impendant, quamobrem diuinum officium, & ipſi hoc ordine dicent vz. quamcunq; horam incohabunt ſicut Monachi præuijs oratione Dominica, Pater noſter, & Angelica Salutatione, Aue Maria, ſed nocturnis, Primæ, & Completorio adent etiam Symbolum Credo in Deum Patrem. Celebraturi igitur nocturnas vigilias dictis ante omnia vt præmittitur oratione Dominica,

minica, Angelica ſalutatione, & Symbolo, ſubſequantur, Deus in adiutorium meum intende Domine ad adiuuandum me feſtina, Deinde ter repetant Domine labia mea aperies, & os meum annũtiabit laudem tuã. Tum ſi dies Dominica, vel alicuius Sancti feſtum fuerit, de quo duodecim lectiones habeantur, dicant quadragies orationem Dominicam, & toties Angelicam Salutationem repetentes ad ſingulas dictarum orationum copulas Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto; Sicut erat &c. ſi vero dies erit ferialis ſupraſcripta uigeſies dixiſſe ſufficiat, quibus dictis accedat Kyrie, Chriſte, Kyrie eleiſon, Pater noſter, Aue Maria, Per Dominum noſtrum, Benedicamus Domino Deo gratias.

Principij huius, & finis regula eadem oĩbus horis ſeruetur, ſed diſcrimen in numero orationum Dominicarum, & ſalutationum Angelicarum verſabitur, Ad laudes enim decies, Ad Primam, Tertiam, Sextam, & Nonam quinquies, Ad veſperas autem decies Dominica oratio cum his quæ ſupra dicta ſunt dicenda erit. Porro ad Completorium Dominicæ orationi quinquies repetitæ canticum. Salue Regina, ſalutatioq; Angelica ter dicenda, ac fidelium defunctorum animæ per Dei miſericordiam, requieſcant in pace addenda erũt.

Sanctiſſimum Eucharistiæ Sacramentum qua reuerentia cuſtodiendum. Cap. 47.

QVEMADMODVM ex omnibus ſacris Miſterijs quæ nobis tamquam diuinæ gratiæ

certiſſima

certiſſima inſtrumenta Dominus ſaluator noſter commendauit, nullum eſt quod cum Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento comparari, queat; Ita etiam nulla grauior alicuius ſceleris animaduerſio à Deo metuenda eſt, quam ſi res omnis Sanctitatis plena, vel potius quæ ipſum Sanctitatis auctorem, & fontem continet, neq; Sanctè, neq; religioſè à fidelibus tractatur, Ob id omnibus Prælatis diſtrictè præcipitur vt Sanctiſſimo Corpori Domini noſtri Ieſu Chriſti is honor, eaq; reuerentia habeatur quæ Deo digna ſit, Vas argenteum Tabernaculo intus, foriſq; quam honorificentiſſimè culto, atq; ornato illud aſſeruet, lumen continuè aſſiſtat, & quod omnium maximum eſt, Pietas non deſit; Nullus ante Sanctiſſimum Corpus tranſeat, qui aperto capite, profundaq; inclinatione venerationis ſignũ, non faciat; Caueant etiam Prælati, ne paramenta Eccleſiæ in vſum Sacerdotum celebrantium, vel ornandorum Altarium cõcinnata, Calices cæteraq; alia id genus huiuſmodi ſint quæ diuino cultui nõ conueniant, quæ vero trita, vetuſta nimis fuerint aut ex integro reſtituantur, aut quam optimè reſarciantur.

Quo tempore ſit Monachis ieiunandum. Cap. 48.

CARNEM ſpiritui inimicam eſſe, & tunc temporis maximè cum lauta ciborum varietate grauatur nullus qui ſanæ mentis eſt non cognoſcit, & experitur; Propterea inhærentes Diffinitores antiquis Eccleſiæ, ac Monaſticæ Diſciplinæ documentis ſanciunt,

ſanciunt, ac præcipiunt vltra omnia ieiunia ab Eccleſia indicta, ab omnibus irremiſſibiliter obſeruanda, ieiunia etiam quæ regularia nuncupantur obſeruari debere: Quod ſi & temporum ratio, & perſonarum imbecillitas id poſtulant, poterunt Prælati pro eorum conſcientia diſpenſare, Ita tamen vt ter ſaltem in hebdomada poſt idus Septembris ab omnibus ieiunetur; Caueant vero vbiquè Prælati ne in Aduentu, quo tempore etiam omni ieiunandum edicunt, alios quàm Quadrageſimales cibos edi concedant. Religioſi contrafacientes pro qualibet vice in Pane, & aqua humi publicè comedant; Prælati vero qui contrafecerint per Viſitatores grauiter puniantur.

Qui ad Religionem admittendi, & quomodo. Cap. 49.

CVM Nouitij ad Religionem accedentes debeant habere Cellam particularem iuxta Regulã diui Benedicti in qua diu noctuq; ſegregati à Monachis commorentur, vt facilius pijs Religionis inſtitutis, nec non & honeſtis moribus imbuantur, idq; non poſſe fieri paſſim in oĩbus Congregationis noſtræ Monaſterijs manifeſtũ ſit. Propterea ordinatur quod in poſterum huiuſmodi Nouitij non admittantur ad habitum niſi in Monaſterijs infraſcriptis vz. Sãcti Ambroſij, Clareuallis Mediolani, Columbæ, & Sancti Martini Parmenſis, ſeptimi Sancti Bartholomei Ferrarienſis, & Morimundi, iuxta tamen literas ſeu conſtitutionem Sanctiſs. D. in Chriſto Patris D. N. D. Sixti

Quin

Quinti Pont. Max. & non aliter, ac etiam conſentientibus duabus partibus illius conuentus vbi aliquis admitti contigerit; neq; etiam quis ad perſeuerantiam, vel profeſſionem ſimiliter niſi de conſenſu maioris Partis conuentus admittatur, quæ vota dentur per ſuffragia fabarum. Nullus alterius Religionis in conſulta ſede Apoſtolica, ac ſine Diffinitorum conſenſu recipiatur. Quicunq; etiam de illegitimo matrimonio nati, quippe qui vt plurimum paternam incontinentiam ſequantur omnino arceantur. Quod ſi quis prædictorũ forte, nec non omnes alij compræhenſi in conſtitutione prædicti Sanctiſſimi D. N. D. Sixiti Quinti, re ignorata ad profeſſionem fuerit admiſſus, ſeruetur itidem prædicta conſtitutio Apoſtolica. Veſtes ſeculares ingredientium non diſtrahantur, niſi emiſſa profeſſione, contrafacientes per PP. Viſitatores grauiter puniantur. Nullus poſtquam Religionis habitum ſumpſerit expellatur ſine conſenſu Regiminis, & Conuentus reſpectiuè; niſi ob aliqua manifeſta, & enormia ſcandala, & taliter expulſi, unquam amplius recipiatur, & idem ſeruetur ſi ex ſe receſſerint. Exacto probationis anno ſuperiores quos habiles ad profitendum cenſuerint admittant, quæ quidem profeſſio non fiat ante ſextum decimum annum expletum. Quæ vero antea facta fueret ſit nulla, nullamq; obligationem inducat. Nouitij vero Monaſterij Sancti Ambroſij maioris Mediolani, poſt annum eorum nouitiatus iuxta antiquam conſuetudinem in Monaſterio Clareuallis profitebuntur.

NOVITII poſtquam annum probationis ſeu Nouitiatus expleuerint, ſi ſe tales præbuerint vt de ipſis ſpes concipi queat eos vberes fructus in Dei ſeruitio allaturos ad profeſſionem admittantur, profiteantur vero hoc modo videlicet.

Ego Frater N. Clericus, vel. N. promitto ſtabilitatẽ meam, & conuerſionem morum meorum, & obedientiam ſecundum Regulam Sancti Benedicti corã Deo, & omnibus Sanctis quorum reliquiæ hic habentur in hoc Monaſterio quod vocatur N. Diœceſis N. constructo in honorem Beatiſſimæ Virginis Mariæ in præſentia Reuer. D. N. Abbatis eiuſdem Monaſterij ſub Congregatione Sancti Bernardi in Italia ordinis Ciſtercien. Anno N. die N. Ad cuius rei fidem hanc profeſſionis meæ ſchedulam manu propria ſignaui. De hac eadẽ profeſſione tunc etiam fiat rogitus à Notario publico.

Conuerſi vero in manibus Prælati ſui votum caſtitatis, Paupertatis, & obedientiæ profiteantur, ac admiſſi ab ingreſſu exacto anno per inſtrumentum perſeuerantiam vſq; ad mortem in Congregatione promittant, pariterque Monachi eos e Monaſterio non exigentibus demeritis, inconſultoq́; Regimine, & maiore Monachorum parte non conſentiente non expulſuros ſe eis viciſſim polliceantur.

Nouitijs qui Magiſter detur. Cap. 51.

CVM adoleſcentium ætas niſi rectè inſtituatur prona ſit ad voluptates ſequendas, & niſi à teneris annis ad pietatem, & Religionem informetur nunq̃ perfectè in diſciplina Eccleſiaſtica perſeueret. Propterea hoc decreto cauetur, vt Nouitijs in Monaſtica diſciplina inſtituendis, detur Magiſter, qui & morum integritate, & doctrina ita fulgeat, vt muneri ſuo ad plenum ſatisfacere poſſit, is non niſi prouectæ ætatis ſit, huius partes erunt ante omnia regulam Diui Benedicti ſæpius legere, interpretari, ac declarari quid eis in omni vita agendum, quidue effugiendum edocere eorum confeſſiones audire, ac munera omnia obire quæ non ad Magiſtrum tantum, ſed ad ipſum etiam Patrem ſpectent.

De Monachis recens profeſſis. Cap. 52.

MONACHI recens profeſſi non amoueantur à Monaſterio in quo profeſſionem emiſerunt legitima ceſſante cauſa niſi elapſo triennio à profeſſione huiuſmodi, quo tempore etiã cenſuræ Magiſtri ſubdantur, cui etiam peccata confiteantur, nec alicui alij, abſq; licentiam eorum Prælati confiteri poſſint, nec aliquod elloquium vel commertium cum reliquis religioſis habeant, quin etiam nequeant ad aliqua exercitia ſeu officia promoueri per quæ eis vagandi materia ſubminiſtretur.

Qui vocem in Capitulo habeant. *Cap.* 53.

MONACHI niſi ſint ſubdiaconatus ordine inſigniti quod Tridentinũ etiam Concilium ſanxit vocem in capitulo habere, aut votum ferre non poſſint; Inſtrumentis tamen ad res familiares Monaſteriorum attinentibus intereſſe non prohibẽtur vt ſaltem diſcant qui contractus in Monaſterio fiãt. Monachi qui extra Monaſterium degunt in curis animarum, vel aliter, ſi reuerti petierint in Congregationem, poſt eorũ regreſſum vtraq; voce per annũ careant.

Ad Sacros ordines qui promouendi. *Cap.* 54.

SICVTI non omnes homines ſunt ad Monaſticam vitam admittendi, ita nec omnes Monachi ad ſacros ordines, ea igitur ſit promouendorum ratio, vt ij tantum qui in minoribus ordinibus iam probati, ac litteris, & ijs quæ ad ordinem exercendum inſtructi ſunt bonum ante omnia teſtimonium habentes promoueantur. Nullus niſi poſt triennium ab emiſſa profeſſione, ad ſacros ordines licentietur, neq; duos ordines huiuſmodi quis eodem anno ſuſcipere poſſit, qui ſecus fecerit ſit ipſo facto à recepto ordine ſuſpenſus per triennium integrum, neq; promoueatur niſi de conſenſu maioris partis ſacerdotum conuentus, habita etiam prius à Diffinitoribus, vel regimine reſpectiue licentia; quæ promotiones tam à Sacerdotibus cuiuſuis conuentus, quam à Diffinitoribus & regimine vt prætertur per ſuffragia fabarum fiant. Qui

Qui Sacerdotes celebrare permittantur, qui vero ſuſpendi debeant. Cap. 55.

OPTANT Diffinitores, vt Sacerdotes Congregationis rem ſacram quàm ſæpiſſimæ faciant, nullum enim magis odoriferum ſacrifitium Deo Opt. Max. offerri poteſt quàm id in quo ipſe eſt ipſa victima, quod ſi non poterunt quotidie ſaltem diebus feſtis celebrare non prætermittant, & id vltra hebdomadas ordinarias Miſſarum. Si quis vero diutius à celebratione vacarit abſq; cauſa legitima Prælato notificanda acriter caſtigetur, Illi vero Sacerdotes quos conſtat eſſe ignaros per Præſidentem, & Viſitatores tẽpore Viſitationis omni diligentia examinẽtur, & quos inhabiles repererint, à celebratione ſuſpendant, non enim proiciendæ ſunt Margaritæ ante Porcos, ſicq; ſuſpenſi ad electionem Diſcretorũ minime admittantur.

Qui confeſſionibus audiendis præficiendi ſint. Cap. 56.

QVAMVIS Præsbiteri in ſua ordinatione à peccatis abſoluendi poteſtatem accipiant, tamen quoniam perſæpe non nulli hac facultate in animarum diſcrimen abutuntur, inhibetur omnibus & ſingulis Congregationis Sacerdotibus, ne confeſſiones quorumcũq; etiam ſuimet ipſorum intereſſe audire præſumant, niſi ad hoc muneris à Prælato proprio ſpecialiter, ac nominatim electi, & deputati fuerint quibus etiam ſic electis non liceat ſub quouis præ-

textu à caſibus p̄ Prælatos reſeruatis quemquã abſoluere niſi cum eis id fuerit commiſſum ac conceſſum; ſi quis vero aliquem ab huiuſmodi reſeruatis caſibus ſine licentia abſoluerit excommunicationem ipſo facto incurrat. Si quis etiam ab ordinario de licentia ſui Superioris ad audiendas cõfeſſiones ſecularium admiſſus, ac approbatus fuerit à caſibus pariter ordinario reſeruatis ſine licentia ſuperioris non audeat abſoluere, quin etiam omnes ad audiendas ſecularium huiuſmodi confeſſiones acceſſuri cucullis induantur.

Qui caſus Prælatis reſeruentur. Cap. 57

QVONIAM natura, & ratio iuditij illud expoſcit vt ſententia in ſubditos dumtaxat feratur magnopere vero ad Chriſtianam populi diſciplinam pertinere Sanctiſſimis Patribus viſum eſt, vt atrotiora quædam, & grauiora crimina non à quibuſuis ſed à Prælatis dumtaxat abſoluerentur. Ideo Patres Diffinitores declarant infraſcriptorum caſuum abſolutionem nimirum excommunicationis maioris, Inobedientiæ cum obſtinatione proterua, Proprietatis, furti, contagionis carnis cum ſecunda perſona, egreſſionis clauſuræ ſine licentia, interceptionis vel apertionis litterarum Regiminis vel Prælatorum, ad ipſos Prælatos pertinere.

Quomo-

Quomodo Monachi confiteantur, & Euchariſtiæ Sacramentum ſummant Cap. 58.

QVEMADMODVM corpori in ſingulos dies alimentum ſubminiſtrare ad vitam tuendam neceſſe eſt, ita etiam quotidie Euchariſtiæ Sacramento nutriendam animam curare debent fideles, neq́; enim minus ſpirituali cibo animam, quàm naturali corpus indigere perſpicuum eſt, omnes igitur Regulares Congregationis perſonæ, quæ non ſunt in Sacerdotio conſtitutæ, vel etiam Sacerdotes inhabiles ad conficiendum ſemel ſaltem in Hebdomada Sacramentalem peccatorum confeſſionem faciant, & ſingulis quibuſq́; diebus quindecim Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum ſumant. Quod tamen in Quadrageſſima, & Aduentu ſingulis diebus Dominicis ſumere nõ omittant, Sacerdotes vero rem ſacram facturi ſæpius Sacramentaliter peccata ſua confiteantur. Quã quidẽ Sacramentalem peccatorum confeſſionẽ ab omnibus, & ſingulis regularibus perſonis ſaltẽ ſemel in anno proprijs Prælatis fieri debere ãtiquũ eſt ab ordine inſtitutũ.

Correctionum qui modus. Cap. 59.

TAMETSI Prælati nullo modo debent peccata delinquentium diſſimulare, quinimo ea cum primum pullulare cæperint radicitus extirpare, quod maxime diuus Benedictus in Regula admonet, ac præcipit, non eò tamen in corrigendis exceſſibus rigore

gore vtantur vt calamus quaſſatus conteratur. Meminerint igitur ſe ut Diuus Bernardus ait eſſe ſubditorum matres non Dominos, ſciantq; in correctionibus olio vinum miſcere nempè miſericordiæ iuſtitiam. Quod ſi qui modum in corrigendo exceſſerint per Viſitatores puniantur, ſi autem & ipſi in hoc deliquerint à Regimine ſeu à capitulo caſtigentur.

Proprietatis vitium à Monachis euitandum. Cap. 60.

QVAM execrabile quamue abhominandum ſit vitiũ proprietatis in Monachis quippe qui inter alia etiam paupertatem profitentur quãuis vnicum illud exemplum Monachi illius quẽ diuus Gregorius cum duobus aureis iuſſit in ſterquilinio ſepeliri ſatis euidenter demonſtret, ex diui tamen Benedicti regula id maximè cognoſcitur qua cauetur ne Monachus, quicquam omnino proprium habeat ne acum quidem quippe qui nec voluntatem ipſam in propria habeat poteſtate, ob id Diffinitores tam immane vitiũ radicitus ſi fieri poteſt euellere cupientes Sacris canonibus, nec non & conſtitutioni Concilij Tridentini quæ incipit Nemini igitur regularium inherentes, ſtatuerũt vt nulli Monachorum liceat proprium quid quod non permiſſerit Prælatus habere. Quod ſi quis in poſterũ priuatas pecunias vel res quaslibet, aut apud ſe, aut in creditis, aut in mercatura qualibet etiam ſub alieno titulo poſſidere fuerit repertus, & comprobatus ipſo facto vltra amiſſionem pecuniarum, vel rerũ huiuſmodi quas

præſenti decreto ex nunc pro ut ex tunc Monaſterio de uolutàs eſſe decernitur, ſit etiam priuatus voce actiua, & paſſiua per ſexennium, atq; iuxta regulæ, & antiquas or dinis conſtitutiones ſeuerè caſtigetur, atq; etiam ſi in ta li ſtatu è vita deceſſerit eccleſiaſtica ſepultura careat; Nec exiſtimet Prælatus quod ſuper habenda proprieta te poſſit cum aliquo Monacho diſpenſare, quia abdica tio proprietatis ſicut, & cuſtodia caſtitatis, adeo eſt an-nexa Regulæ Monachali, vt cõtra eam nec ſummus Põ tifex poſſit licẽtiam indulgere, vt habetur extra de ſtat. Monach. in cap. cum ad Monaſterium. huic malo quo facilius prouideri poſſit ſint ſolliciti valde Prælati ſæ-pius ſubditorum Cellas inuiſere, ſuppellectilia omnia ſcrutari, & quicquid habebunt, ſæpiſſimè recenſere. Quod vt omnia fieri poſſint, habeãt Prælati quique in-uẽtaria, in quibus vniuſcuiuſq; ſibi ſubditorum res ſint quàm diligentiſſimè perſcriptæ; quæ quidem inuẽtaria ſingulis annis ab ipſis ſubditis innouentur.

Duos in ſingulis Monaſterijs eligendos qui redituum adminiſtrationem viſitent. Cap. 61.

VT Monaſteriorum ſubſtantia tamquã Chriſti Domini noſtri Patrimonium bene, ac fideli-ter adminiſtrent, ſtatuerunt Diffinitores vt in quolibet Congregationis Monaſterio per totum men-ſem Iulij eligantur per ſuffragia fabarum bini Sacerdo-tes qui ſubducendarum rationum artem calleant. Horũ munus erit ter in anno rationes ſeu computa Monaſte-

ſterij examinare vz. bis Capſam dati, & accepti à Cellerario confectam primum in menſe Septembris; Deinde in menſe Ianuarij diligenter perpendent. Poſtremo per totam hebdomadam quæ inſcribitur de Paſſionē Chriſti, Omnia ſimul adminiſtrationum computa nẽpè Cellerariorum, Subcellerariorum, Sacriſtarũ, Veſtiariorum, reliquorum quorumcunq; regimen temporale habentium ſubducere, ac recognoſcere non prætermittent. Si quis vero prædictorum ſeſe oppoſuerit quominus computa huiuſmodi reuideantur, is non exeat Monaſterij clauſtra donec reſipiſcat.

Libri Magiſtrales quo pacto conficiendi. *Cap. 62.*

IN vnoquoq; Congregationis Monaſterio libri Magiſtrales rerum temporalium adminiſtrationis in ſingulos annos conficiantur, ac per totã hebdomadam Dominicæ Reſurrectionis ſaltem abſoluantur, ac vt vulgo dicitur ſaldentur, Prælati qui id neglexerint in proxime futuro capitulo voce actiua tãtum priuati exiſtant. Cellerarij vero quorum culpa id euenerit, in vtriuſq; vocis vſq; ad proxime ſequens capitulũ incluſiue ſe priuationem ipſo facto nouerint incidiſſe, quibus etiam Cellerarijs ſub eadem pœna ipſo facto incurrenda dictos libros abſq; licentia Regiminis in ſcriptis obtinenda ſcribere, vel conficere non liceat.

Quod non teneantur a Monachis libri prohibiti. Cap. 63.

QVONIAM in proceſſu Bullę Cenæ Domini excomunicantur omnes legentes, tenentes, imprimentes ſeu quouis modo deffendentes hæreticorum libros ſeu quouis modo prohibitos. Idcirco proſpicere volentes Diſſinitores cum honori Congregationis tum etiam animarum ſaluti, præſenti Decreto ſanxerunt quod omnes, & ſinguli Prælati habeant indicem librorum huiuſmodi, & termino duorum menſium à reſolutione cuiuſlibet capituli omni qua potuerint diligentia reuideant, ac recognoſcant omnes, & ſingulos ſibi ſubditorum libros, & ſi quos repererint vt ſupra prohibitos auferant inquiſitoribus hereticæ prauitatis reſpectiuè conſignandos quibus etiam deferant inobedientes acerrimè caſtigandos.

Scripturæ autenticæ, & Priuilegia Congregationis quomodo conſeruentur. Cap. 64.

NE iura Congregationis quæ ſcripturis innituntur aliquid damni ab earũdem ſcripturarum iacturam patiantur, ſancitum eſt quod Priuilegia, Immunitates, Inſtrumenta, Scripturęuè omnes autenticæ Cõgregationis in Monaſteria S. Ambroſij Maioris Mediolani, & Septimi Florentiæ reſpectiuè conſeruantur, ibiq; ſub Abbatis, & alterius cuſtodis ad id electi cura omni diligẽtia ſeruentur, ſi quis huiuſmodi autentica ſcripta inde aſportauerit, vel cuiq̃ extra commo

ſanciunt, ac præcipiunt vltra omnia ieiunia ab Eccleſia indicta, ab omnibus irremiſſibiliter obſeruanda, ieiunia etiam quæ regularia nuncupantur obſeruari debere: Quod ſi & temporum ratio, & perſonarum imbecillitas id poſtulant, poterunt Prælati pro eorum conſcientia diſpenſare, Ita tamen vt ter ſaltem in hebdomada poſt idus Septembris ab omnibus ieiunetur; Caueant vero vbique Prælati ne in Aduentu, quo tempore etiam omni ieiunandum edicunt, alios quàm Quadrageſimales cibos edi concedant. Religioſi contrafacientes pro qualibet vice in Pane, & aqua humi publicè comedant; Prælati vero qui contrafecerint per Viſitatores grauiter puniantur.

Qui ad Religionem admittendi, & quomodo. Cap. 49.

CVM Nouitij ad Religionem accedentes deberant habere Cellam particularem iuxta Regulã diui Benedicti in qua diu noctuq; ſegregati à Monachis commorentur, vt facilius pijs Religionis inſtitutis, nec non & honeſtis moribus imbuantur, idq; non poſſe fieri paſſim in oĩbus Congregationis noſtræ Monaſterijs manifeſtũ ſit. Propterea ordinatur quod in poſterum huiuſmodi Nouitij non admittantur ad habitum niſi in Monaſterijs infraſcriptis vz. Sãcti Ambroſij, Clareuallis Mediolani, Columbæ, & Sancti Martini Parmenſis, ſeptimi Sancti Bartholomei Ferrarienſis, & Morimundi, iuxta tamen literas ſeu conſtitutionem Sanctiſs. D. in Chriſto Patris D. N. D. Sixti

Quin

Quinti Pont. Max. & non aliter, ac etiam conſentientibus duabus partibus illius conuentus vbi aliquis admitti contigerit; neq; etiam quis ad perſeuerantiam, vel profeſſionem ſimiliter niſi de conſenſu maioris Partis conuentus admittatur, quæ vota dentur per ſuffragia fabarum. Nullus alterius Religionis in conſulta ſede Apoſtolica, ac ſine Diffinitorum conſenſu recipiatur. Quicunq; etiam de illegitimo matrimonio nati, quippe qui vt plurimum paternam incontinentiam ſequantur omnino arceantur. Quod ſi quis prædictorũ forte, nec non omnes alij compræhenſi in conſtitutione prædicti Sanctiſſimi D. N. D. Sixiti Quinti, re ignorata ad profeſſionem fuerit admiſſus, ſeruetur itidem prædicta conſtitutio Apoſtolica. Veſtes ſeculares ingredientium non diſtrahantur, niſi emiſſa profeſſione, contrafacientes per PP. Viſitatores grauiter puniantur. Nullus poſtquam Religionis habitum ſumpſerit expellatur ſine conſenſu Regiminis, & Conuentus reſpectiuè; niſi ob aliqua manifeſta, & enormia ſcandala, & taliter expulſi, unquam amplius recipiatur, & idem ſeruetur ſi ex ſe receſſerint. Exacto probationis anno ſuperiores quos habiles ad profitendum cenſuerint admittant; quæ quidem profeſſio non fiat ante ſextum decimum annum expletum. Quæ vero antea facta fuerет ſit nulla, nullamq; obligationem inducat. Nouitij vero Monaſterij Sancti Ambroſij maioris Mediolani, poſt annum eorum nouitiatus iuxta antiquam conſuetudinem in Monaſterio Clareuallis profitebuntur.

Quæ in emittenda profeſſione ſeruanda. Cap. 50

NOVITII poſtquam annum probationis ſeu Nouitiatus expleuerint, ſi ſe tales præbuerint vt de ipſis ſpes concipi queat eos vberes fructus in Dei ſeruitio allaturos ad profeſſionem admittantur, profiteantur vero hoc modo videlicet.

Ego Frater N. Clericus, vel.N. promitto ſtabilitatẽ meam, & conuerſionem morum meorum, & obedientiam ſecundum Regulam Sancti Benedicti corã Deo, & omnibus Sanctis quorum reliquiæ hic habentur in hoc Monaſterio quod vocatur N. Dioceſis N. constructo in honorem Beatiſſimæ Virginis Mariæ in præſentia Reuer. D. N. Abbatis eiuſdem Monaſterij ſub Congregatione Sancti Bernardi in Italia ordinis Ciſtercien. Anno N. die N. Ad cuius rei fidem hanc profeſſionis meæ ſchedulam manu propria ſignaui. De hac eadẽ profeſſione tunc etiam fiat rogitus à Notario publico.

Conuerſi vero in manibus Prælati ſui votum caſtitatis, Paupertatis, & obedientiæ profiteantur, at ammiſſi ab ingreſſu exacto anno per inſtrumentum perſeuerantiam vsq; ad mortem in Congregatione promittant, pariterque Monachi eos e Monaſterio non exigentibus demeritis, inconſultoq; Regimine, & maiore Monachorum parte non conſentiente non expulſuros ſe eis viciſſim polliceantur.

Nouitijs

Nouitijs qui Magiſter detur. Cap. 51.

CVM adoleſcentium ætas niſi rectè inſtituatur prona ſit ad voluptates ſequendas, & niſi à teneris annis ad pietatem, & Religionem informetur nunq̃ perfectè in diſciplina Eccleſiaſtica perſeueret. Propterea hoc decreto cauetur, vt Nouitijs in Monaſtica diſciplina inſtituendis, detur Magiſter, qui & morum integritate, & doctrina ità fulgeat, vt muneri ſuo ad plenum ſatisfacere poſſit, is non niſi prouectæ ætatis ſit, huius partes erunt ante omnia regulam Diui Benedicti ſæpius legere, interpretari, ac declarari quid eis in omni vita agendum, quidue effugiendum edocere eorum confeſſiones audire, ac munera omnia obire quæ non ad Magiſtrum tantum, ſed ad ipſum etiam Patrem ſpectent.

De Monachis recens profeſſis. Cap. 52.

MONACHI recens profeſſi non amoueantur à Monaſterio in quo profeſſionem emiſerunt legitima ceſſante cauſa niſi elapſo triennio à profeſſione huiuſmodi, quo tempore etiã cenſuræ Magiſtri ſubdantur, cui etiam peccata confiteantur, nec alicui alij, abſq; licentiam eorum Prælati confiteri poſſint, nec aliquod elloquium vel commertium cum reliquis religioſis habeant, quin etiam nequeant ad aliqua exercitia ſeu officia promoueri per quæ eis vagandi materia ſubminiſtretur.

Qui vocem in Capitulo habeant. Cap. 53.

MONACHI niſi ſint ſubdiaconatus ordine inſigniti quod Tridentinũ etiam Concilium ſanxit vocem in capitulo habere, aut votum ferre non poſſint; Inſtrumentis tamen ad res familiares Monaſteriorum attinentibus intereſſe non prohibẽtur vt ſaltem diſcant qui contractus in Monaſterio fiãt. Monachi qui extra Monaſterium degunt in curis animarum, vel aliter, ſi reuerti petierint in Congregationem, poſt eorũ regreſſum vtraq; voce per annũ careant.

Ad Sacros ordines qui promouendi. Cap. 54.

SICVTI non omnes homines ſunt ad Monaſticam vitam admittendi, ita nec omnes Monachi ad ſacros ordines, ea igitur ſit promouendorum ratio, vt ij tantum qui in minoribus ordinibus iam probati, ac litteris, & ijs quæ ad ordinem exercendum inſtructi ſunt bonum ante omnia teſtimonium habentes promoueantur. Nullus niſi poſt triennium ab emiſſa profeſſione, ad ſacros ordines licentietur, neq; duos ordines huiuſmodi quis eodem anno ſuſcipere poſſit, qui ſecus fecerit ſit ipſo facto à recepto ordine ſuſpenſus per triennium integrum, neq; promoueatur niſi de conſenſu maioris partis ſacerdotum conuentus, habita etiam prius à Diffinitoribus, vel regimine reſpectiue licentia; quæ promotiones tam à Sacerdotibus cuiuſuis conuentus, quam à Diffinitoribus & regimine vt prætertur per ſuffragia fabarum fiant. Qui

Qui Sacerdotes celebrare permittantur, qui vero ſuſpendi debeant. Cap. 55.

OPTANT Diffinitores, vt Sacerdotes Congregationis rem ſacram quàm ſæpiſſimæ faciant, nullum enim magis odoriferum ſacrifitium Deo Opt. Max. offerri poteſt quàm id in quo ipſe eſt ipſa victima, quod ſi non poterunt quotidie ſaltem diebus feſtis celebrare non prætermittant, & id vltra hebdomadas ordinarias Miſſarum . Si quis vero diutius à celebratione vacarit abſq; cauſa legitima Prælato notificanda acriter caſtigetur, Illi vero Sacerdotes quos conſtat eſſe ignaros per Præſidentem, & Viſitatores tẽpore Viſitationis omni diligentia examinẽtur, & quos inhabiles repererint, à celebratione ſuſpendant, non enim proiciendæ ſunt Margaritæ ante Porcos, ſicq; ſuſpenſi ad electionem Diſcretorũ minime admittantur.

Qui confeſſionibus audiendis præficiendi ſint. Cap. 56.

QVAMVIS Præsbiteri in ſua ordinatione à peccatis abſoluendi poteſtatem accipiant, tamen quoniam perſæpe non nulli hac facultate in animarum diſcrimen abutuntur, inhibetur omnibus & ſingulis Congregationis Sacerdotibus, ne confeſſiones quorumcũq; etiam ſuimet ipſorum intereſſe audire præſumant, niſi ad hoc muneris à Prælato proprio ſpecialiter, ac nominatim electi, & deputati fuerint quibus etiam ſic electis non liceat ſub quouis prætextu

textu à caſibus p Prælatos reſeruatis quemquã abſolue-
re niſi cum eis id fuerit commiſſum ac conceſſum; ſi
quis vero aliquem ab huiuſmodi reſeruatis caſibus ſi-
ne licentia abſoluerit excommunicationem ipſo facto
incurrat. Si quis etiam ab ordinario de licentia ſui Su-
perioris ad audiendas cõfeſſiones ſecularium admiſſus,
ac approbatus fuerit à caſibus pariter ordinario reſerua
tis ſine licentia ſuperioris non audeat abſoluere, quin
etiam omnes ad audiendas ſecularium huiuſmodi con
feſſiones acceſſuri cucullis induantur.

Qui caſus Prælatis reſeruentur. *Cap.* 57

QVONIAM natura, & ratio iuditij illud ex-
poſcit vt ſententia in ſubditos dumtaxat fera-
tur magnopere verò ad Chriſtianam populi
diſciplinam pertinere Sanctiſſimis Patribus viſum eſt,
vt atrotiora quædam, & grauiora crimina non à qui-
buſuis ſed à Prælatis dumtaxat abſoluerentur. Ideo
Patres Diffinitores declarant infraſcriptorum caſuum
abſolutionem nimirum excommunicationis maioris,
Inobedientiæ cum obſtinatione proterua, Proprietatis,
furti, contagionis carnis cum ſecunda perſona, egreſſio
nis clauſuræ ſine licentia, interceptionis vel apertionis
litterarum Regiminis vel Prælatorum, ad ipſos Præla-
tos pertinere.

Quomodo Monachi confiteantur, & Euchariſtiæ Sacramentum ſummant Cap. 58.

QVEMADMODVM corpori in ſingulos dies alimentum ſubminiſtrare ad vitam tuendam neceſſe eſt, ita etiam quotidie Euchariſtiæ Sacramento nutriendam animam curare debent fideles, neq; enim minus ſpirituali cibo animam, quàm naturali corpus indigere perſpicuum eſt, omnes igitur Regulares Congregationis perſonæ, quæ non ſunt in Sacerdotio conſtitutæ, vel etiam Sacerdotes inhabiles ad conficiendum ſemel ſaltem in Hebdomada Sacramentalem peccatorum confeſſionem faciant, & ſingulis quibuſq; diebus quindecim Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum ſumant. Quod tamen in Quadrageſſima, & Aduentu ſingulis diebus Dominicis ſumere nō omittant, Sacerdotes vero rem ſacram facturi ſæpius Sacramentaliter peccata ſua confiteantur. Quā quidē Sacramentalem peccatorum confeſſionē ab omnibus, & ſingulis regularibus perſonis ſaltē ſemel in anno proprijs Prælatis fieri debere ātiquū eſt ab ordine inſtitutū.

Correctionum qui modus. Cap. 59.

TAMETSI Prælati nullò modo debent peccata delinquentium diſſimulare, quinimo ea cum primum pullulare cœperint radicitus extirpare, quod maxime diuus Benedictus in Regula admonet, ac præcipit, non eò tamen in corrigendis exceſſibus ri-

gore vtantur vt calamus quaſſatus conteratur. Memi-nerint igitur ſe ut Diuus Bernardus ait eſſe ſubditorum matres non Dominos, ſciantq; in correctionibus olio vinum miſcere nempè miſericordiæ iuſtitiam. Quod ſi qui modum in corrigendo exceſſerint per Viſitatores puniantur; ſi autem & ipſi in hoc deliquerint à Regimine ſeu à capitulo caſtigentur.

Proprietatis vitium à Monachis euitandum. Cap. 60.

QVAM execrabile quamue abhominandum ſit vitiũ proprietatis in Monachis quippe qui inter alia etiam paupertatem profitentur quã-uis vnicum illud exemplum Monachi illius quẽ diuus Gregorius cum duobus aureis iuſſit in ſterquilinio ſepeliri ſatis euidenter demonſtret, ex diui tamen Benedicti regula id maximè cognoſcitur qua cauetur ne Monachus, quicquam omnino proprium habeat ne acum quidem quippe qui nec voluntatem ipſam in propria habeat poteſtate, ob id Diffinitores tam immane vitiũ radicitus ſi fieri poteſt euellere cupientes Sacris canonibus, nec non & conſtitutioni Concilij Tridentini quæ incipit Nemini igitur regularium inherentes, ſtatuerũt vt nulli Monachorum liceat proprium quid quod non permiſſerit Prælatus habere. Quod ſi quis in poſterũ priuatas pecunias vel res quaslibet, aut apud ſe, aut in creditis, aut in mercatura qualibet etiam ſub alieno titulo poſſidere fuerit repertus, & comprobatus ipſo facto vltra amiſſionem pecuniarum, vel rerũ huiuſmo-

di quas

præſenti decreto ex nunc pro ut ex tunc Monaſterio de uolutas eſſe decernitur, ſit etiam priuatus voce actiua, & paſſiua per ſexennium, atq; iuxta regulæ, & antiquas or dinis constitutiones ſeuerè caſtigetur, atq; etiam ſi in ta li ſtatu è vita deceſſerit eccleſiaſtica ſepultura careat; Nec exiſtimet Prælatus quod ſuper habenda proprieta te poſſit cum aliquo Monacho diſpenſare, quia abdica tio proprietatis ſicut, & cuſtodia caſtitatis, adeo eſt an nexa Regulæ Monachali, vt cõtra eam nec ſummus Põ tifex poſſit licẽtiam indulgere, vt habetur extra de ſtat. Monach. in cap. cum ad Monaſterium huic malo quo facilius prouideri poſſit ſint ſolliciti valde Prælati ſæpius ſubditorum Cellas inuiſere, ſuppellectilia omnia ſcrutari, & quicquid habebunt, ſæpiſſimè recenſere. Quod vt omnia fieri poſſint, habeãt Prælati quique inuẽtaria, in quibus vniuſcuiuſq; ſibi ſubditorum res ſint quàm diligentiſſimè perſcriptæ; quæ quidem inuẽtaria ſingulis annis ab ipſis ſubditis innouentur.

Duos in ſingulis Monaſterijs eligendos qui redituum adminiſtrationem viſitent. Cap. 61.

VT Monaſteriorum ſubſtantia tamquã Chriſti Domini noſtri Patrimonium bene, ac fideliter adminiſtrent, ſtatuerunt Diffinitores vt in quolibet Congregationis Monaſterio per totum menſem Iulij eligantur per ſuffragia fabarum bini Sacerdotes qui ſubducendarum rationum artem calleant. Horũ munus erit ter in anno rationes ſeu computa Monaſte-

ſterij examinare vz. bis Capſam dati, & accepti à Cellerario confectam primum in menſe Septembris; Deinde in menſe Ianuarij diligenter perpendent. Poſtremo per totam hebdomadam quæ inſcribitur de Paſſionẽ Chriſti, Omnia ſimul adminiſtrationum computa nẽpè Cellerariorum, Subcellerariorum, Sacriſtarũ, Veſtiariorum, reliquorum quorumcunq; regimen temporale habentium ſubducere, ac recognoſcere non prætermittent. Si quis vero prædictorum ſeſe oppoſuerit quominus computa huiuſmodi reuideantur, is non exeat Monaſterij clauſtra donec reſipiſcat.

Libri Magiſtrales quo pacto conficiendi. Cap. 62.

IN vnoquoq; Congregationis Monaſterio libri Magiſtrales rerum temporalium adminiſtrationis in ſingulos annos conficiantur, ac per totã hebdomadam Dominicæ Reſurrectionis ſaltem abſoluantur, ac vt vulgo dicitur ſaldentur, Prælati qui id neglexerint in proxime futuro capitulo voce actiua tatum priuati exiſtant. Cellerarij vero quorum culpa id euenerit, in vtriuſq; vocis vſq; ad proxime ſequens capitulũ incluſiue ſe priuationem ipſo facto nouerint incidiſſe, quibus etiam Cellerarijs ſub eadem pœna ipſo facto incurrenda dictos libros abſq; licentia Regiminis in ſcriptis obtinenda ſcribere, vel conficere non liceat.

Quod

Quod non teneantur a Monachis libri prohibiti. *Cap.* 63.

QVONIAM in proceſſu Bullę Cenæ Domini excomunicantur omnes legentes, tenentes, imprimentes ſeu quouis modo deffendentes hæreticorum libros ſeu quouis modo prohibitos. Idcirco proſpicere volentes Diffinitores cum honori Congregationis tum etiam animarum ſaluti, præſenti Decreto ſanxerunt quòd omnes, & ſinguli Prælati habeant indicem librorum huiuſmodi, & termino duorum menſium à reſolutione cuiuſlibet capituli omni qua potuerint diligentiá reuideant, ac recognoſcant omnes, & ſingulos ſibi ſubditorum libros, & ſi quos repererint vt ſupra prohibitos auferant inquiſitoribus hereticæ prauitatis reſpectiuè conſignandos quibus etiam deferant inobedientes acerrimè caſtigandos.

Scripturæ autenticæ, & Priuilegia Congregationis quomodo conſeruentur. *Cap.* 64.

NE iura Congregationis quæ ſcripturis inituntur aliquid damni ab earūdem ſcripturarum iacturam patiantur, ſancitum eſt quod Priuilegia, Immunitates, Inſtrumenta, Scripturęuè omnes autenticæ Cōgregationis in Monaſteria S. Ambroſij Maioris Mediolani, & Septimi Florentiæ reſpectiuè conſeruantur, ibiq; ſub Abbatis, & alterius cuſtodis ad id electi cura omni diligētia ſeruentur, ſi quis huiuſmodi autentica ſcripta inde aſportauerit, vel cuiq̄ extra commo

darit abſq; licentia Regiminis ſit vtraq; voce per triennium priuatus, ſi fuerit Prælatus voce actiua tantum vſq; ad immediate ſequens capitulum incluſiuè priuatus cenſeatur quod de originalibus Prothocollis, & autenticis ſcripturis tantum dictum ſit, nam horum tranſumpta & in Monaſterijs quibuſuis eſſe iubentur, & cæteris etiã ſi oportuerit accõmodari non prohibetur.

Procuratores in curia Romana qui ſunt. Cap. 65.

DECLARANT Diffinitores in curia Romana Procuratores Abbatem S. Crucis in Hieruſalem pro Prouintia Lumbardiæ, & pro Tuſcia Priorem trium fontium ſiue S. Anaſtaſij.

Prælatus in vrbe quomodo alterius Monachis vtatur. Cap. 66.

QVAMQVAM Prælatis Monaſteriorum in vrbe exiſtentium ius in alterius Monachos nõ concedatur, vt tamen honorificentiores fiant Eccleſiarum dictorum locorum ſolemnitates eorum ſinguli eccleſię vbi dies ſolemnis agitur tot è Monachis ſuis quot opus fuerint commodent. In Proceſſionibus vero ſi quas fieri contigerit ſimul omnes ſub vno ſigno in quo S. Crucis, & triumfontium inſigna ſint procedant. Nulli prætere a Monachi, vel Conuerſi in dictis Monaſterijs inuiti vltra triennium deputari poſſint. Quo quidem Priuilegio gaudeant etiam qui in Monaſterio Diui Thomæ Torcellarum, ac S. Mariæ ab Angelo Faentiæ erunt.

Ad

Ad Romanam curiam acceſſus quibus, & quomodo concedatur. Cap. 67.

VT perditorum hominum temeritati, ac audaciæ occurratur, prohibentur omnes Congregationis perſonæ quouis nomine, ac titulo cenſeantur non habentes ad hoc à Diffinitoribus vel à Regimine licentiam in ſcriptis ad Romanam curiam accedere. Excipitur ab hoc decreto Præſidens qui ſolus nulla obtenta, aut petita licentia, ſed ſuo tantum Regimini notificato receſſu ad Vrbem Romam accedere poteſt, qui præter eū ſua ſponte Romam ierit ſub quouis prætextu quicunq; ſit, ſi fuerit Prælatus ab offitio, & dignitate ipſo facto ſuſpenſionem incurrat vſq; ad futurum Capitulum incluſiue, ſi vero non fuerit Prælatus ſi etiam ſub prætextu obtentæ à Prælato licentiæ aut quocunq; alio, ipſo facto in numero fugitiuorum habeatur, & alijs pœnis prout Regimen iudicauerit plectatur. Qui vero de licentia Patrum Diffinitorum, vel Regiminis vt præfertur Romam fuerint acceſſuri iurabunt de non impetrando aliquid contra ordinis libertatem, vel inſtituta aliter non admittantur, ſi dictis Diffinitoribus vel Regimini expedire videbitur.

Impetrantes litteras contra Congregationis inſtituta qua pœna puniendi. Cap. 68.

QVICVNQVE eo temeritatis deuenerit, vt ſine licentia Diffinitorum vel Regiminis Priuilegia,

gia, Indulgentias, Mandata, vel litteras quaſcunq; contra Cõgregationis inſtituta impetrarit vel quoquomodo impetrata retinuerit, vel eis vti auſus fuerit excommunicationis ſententiam, nec non & offitij ſi quod habuerit ipſo facto priuationem incurrat, Si priuatus in Carcerem quam diu Regimini viſum fuerit vtraq; voce per triennium cariturus trudatur, quibus pœnis non actores tantum, ſed & fautores, & conſcij ſubijciantur, quin etiam qui litteras ad quemcunq; in Romanam curiam præterquam ad Illuſtriſs. Protectorem dederit quibus aliquod detrimentum, incommodumuè Congregationi, vel eius inſtitutis oriri poſſit, hi Prælati ſi fuerint voce actiua, ſi vero ſimplices Monachi vtraq; voce per triennium careant, Reliqui vocem non habẽtes ſi in præmiſſis deliquerint Carceri ad arbitriũ Diffinitorum vel Regiminis mancipentur.

Pecuniæ pro quindennio ſeu annata quomodo reponendæ. Cap. 69.

REPONANT Prælati, vel Cellerarij ſingulorum Monaſteriorum quotannis pro quindennio ſui Monaſterij ſoluendo ratam partem pecuniarum quę pro annata ſeu quindennio ſoluuntur, & in arcam proprij Monaſterij reponant, & ſucceſſoribus ſemper conſignent. Prælati qui id neglexerint in ſequenti proxime capitulo voce actiua ſint priuati, Cellerarij vero vtraq; voce per triennium careant. Ita quod nec Cellerarij ad Diſcretorum, nec Prælati ad Diffinitorum

torum electionem admittantur. Quod ſi dictarum pecuniarum ſic repoſitarum aliquid forte neceſſitate cogente fuerit extrahendum, id non prohibetur hoc tamen pacto, vt id totum quod extractum fuerit in eandem Capſam ante Diſcretorum electionem omnino ſub eadem pœna ipſo facto incurrenda reſtituatur. Neq; deinceps vſq; ad regreſſum à comitijs Prȩlatorum quicquam ex dictis pecunijs extrahatur, quid id tentarint ſciant ſe excommunicationis ſententiam ipſo facto, & prædictam priuationem incurriſſe. Referant propterea Prælati ad Capitulum litteras à duobus, vel tribus ex Monachis ſibi ſubditis de huiuſmodi pecuniarum in capſam collatione fidem facientes, aliter ad electionem Diffinitorum, non admittantur.

Bona ſeu poſſeſſiones Monaſteriorum ante tempus non locentur. Cap. 70.

VT annui redditus Monaſteriorum Prȩlatis reſpectiue ſufficiant, neq; cuiuſquam auiditas ſucceſſoribus obſit, caueat eorum vnuſquiſq; ne bona ſeu poſſeſſiones quæ locationis præſcriptum tempus non compleuerint denuo locet. Quod tamen liceat ſi biennium tantum ad finem locationis interſit, ſed cum magno prætij augumento & non aliter; In emphiteuſim vero perpetuum nullus inconſulto Regimine bona tradere, aut ea permutare, ſiue contractum, vel diſtractum de eis facere, aut anticipatas ſolutiones, ſeu ſubuentiones accipere audeat, ſed prius licentiam à

Reuerendo

Reuerendo Regimine obtineat, ac etiam à ſancta ſede Apoſtolica ſi opus fuerit, niſi de rebus minimis agatur. Qui ſecus in præmiſſis fecerit in proxime futuro capitulo in electione ſcrutatorum, ac Diffinitorum ſi Prælatus ſit voce actiua tantum, reliqui vero vtraq; careat, eadem pœna illis conſtituitur immaturas pecunias ſuis ſucceſſoribus debitas ſine Regiminis in ſcriptis licentia, & maioris partis ſui conuentus conſenſu alicui creditori aſſignauerit, ſeu debitum aliquod Monaſterio ad capitulum accedens reliquerit; ſtudeat tamen vnuſquiſq; debita iam facta ſoluere vltra id quod reperierit.

Ædifitia quomodo construenda. *Cap.* 71.

SOLENT perſæpe multi dum aliquod ædifitiū erigentes non peritorum iuditio ſed ſuæ voluntati ſeruiunt non mediocrem pecuniarum iacturam facere, idne in poſterum quandoq; eueniat, caueat Prælatus quiſq; ne inſigne aliquod ædifitium incipiat ni prius & licentiam à Regimine obtinuerit, & peritum Architectum conſuluerit, qui ſecus fecerit ab officio, & dignitate vſq; ad ſequens Capitulum incluſiue ipſo facto ſit ſuſpenſus; Cæpti vero ædifitij exemplar ſeu modellus ſeruetur, nec ab eo cuiquam etiam ſucceſſorum deuiare, ac diſcedere liceat, quod de inſigni ædifitio dicitur, illud met etiam de quolibet aut erigendo, aut reparando intelligatur, in quo ſumptus centum aureorum ſummam excedat, quod nulli Prælatorum licen-

tia non obtenta liceat, qui auſus fuerit aliter feciſſe pœnis de quibus ſupra ſubdatur.

Monachi quomodo voce priuentur. Cap. 72.

CVM ſæpius in ſuperioribus decretis de pœna priuationis vocis mentio facta ſit, cumq; accuſationibus in iuditia deferendis certi fines, certaq; tempora præſcribenda eſſe videantur, ne accuſatorum inſidiis, aut temporum anguſtiis, quæ perſæpe Canonicis purgationibus impedimento eſſe ſolent rei circumueniantur; Curet Prælatus quiſq; eo anno quo comitia habebutur prima die Dominica Quadrageſimæ conuentui edicere, ac intimare, vt ſi quis ſciuerit aliquẽ ab inde retro pęnã priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ incurriſſe, velit cum intra ſex dies proxime futuris accuſare, qui ſic accuſatus poſſit vſq; ad diem Dominicã de paſſione ſibi obiecta crimina refellere, ſeq; de his purgare, & Prælatus teneatur confeſſos vel iuridica probatione conuictos denunciare, ac declarare, poſt quem terminum nullus ſit de criminibus ante hac commiſſis, aut delationi, aut patrocinio locus. Quod ſi quis à dicta prima die Dominica Quadrageſimæ vſq; ad electionẽ Diſcretorum aliquod indignum facinus patrarit propter quod voce priuandus veniat quotidie vſque ad dictum tempus poſſit accuſari, & conuinci, ac ſic conuictus vel confeſſus condemnari, ac publicari; Accuſationum vero eã ſit ratio, quam etiam leges communes ferunt nẽpè vt accuſator delatum crimen ſufficienti ac iuridica

probatione muniat, quod ſi in probatione defecerit temeritatis, & calumniæ pœnas talione luat. Accuſator vero huiuſmodi non habens vocem, ſi in probatione defecerit coram conuentu irremiſſibiliter diſciplinam accipiat, & per ſex menſes Carceri mancipetur, Priuati vero voce huiuſmodi tantúmodò ab electione Diſcretorum arceantur. Idem dicitur de Prælatis, vt ſi quis contra Prælatorum aliquam quærelam habuerit, eam inter terminú vt ſupra deſcriptum ad Tribunal Regiminis reſpectiuè afferat, & ſimiliter procedatur.

Iuditiales actus inter Monachos quomodo fiant. Cap. 73.

QVONIAM iuditiorum ratio fert vt ſæpius actus huiuſcemodi nempè Proteſtationes, Præcepta, Contradictiones, Teſtimonia & huiuſmodi reliqua, inter Congregationis perſonas fiant, caueat vnuſquiſq; ne in hiſce rebus ſeu alijs ſcripturis ad hoc pertinentibus, notarijs, vel Cauſidicis ſecularibus vtatur, qui ſecus fecerit pœnam Carceris per ſex menſes incurrat, & ſit vtraq; voce per triennium priuatus; Prælati qui hac in re peccarint à dignitatibus ad arbitrium Regiminis ſuſpendantur, Cellerarij, alijuè officiarij vltra pœnam priuationis prædictam etiam offitijs ſint ipſo facto abdicati. Nec ad delationem cuiuſuis contra aliquam Congregationis perſonam procedatur niſi accuſator plene obiectum, ac delatum crimen probarit. Quod ſi in probatione defecerit pœnam ſubeat tallionis. Nulli etiam in quibuſcunq; controuerſijs inter

ter Congregationis perſonas vertentibus ad alios quam ad proprios Prælatos, & Diffinitorum, vel Regiminis Patres, & Viſitatores recurrere liceat qui aliter fecerint prædictas priuationis vel ſuſpenſionis pœnas ſubſtineant. Si qui vero ſubditi ad impediendas ordinis obſeruantias, & tuenda ſibi obiecta crimina confugerint ad iudices, & Principes ſeculares ſiue alias perſonas ſuper ordinem non habentes iuriſdictionem Carceri per annum integrum tradantur, & perpetuo voce vtraq; careant, cum Prælatis in id incidentibus priuatio Prælaturæ à Sanctiſſimo Pontifice ſit indicta.

Fugitiui qui, & quomodo recipiendi. Cap. 74.

NON liceat alicui Congregationis profeſſo, quippe cui in ea vocatione qua vocatus eſt manere neceſſe ſit, ſe ipſum ab obedientia proprij Prælati eximere, ſeptaq; Monaſterij licentia à Superiore non obtenta egredi hunc nullus prætextus nulla cauſa non Præſidem conueniendi non Regimen, vel alium quemlibet ſuperiorem adeundi excuſet qui ſecus auſus fuerit ex nunc prout ex tunc fugitiuus habeatur, cui reditum in cõgregationem nemo niſi aut duæ partes ex tribus Diffinitorum vel omnes Regiminis Patres concedant, receptus ante omnia in Carcerem per annum pœnas perpetrati criminis daturus trudatur, nec inde niſi aut à Regimine, aut à Diffinitoribus vt præfertur educatur; Egreſſus e carcere ſit in ordine omniũ poſtremus, ita vt dies eius regreſſus reputetur pro die

prima ſui Nouitiatus, quin etiam voce actiua, & paſſiua quoad vixerit cum in electione Diſcretorum, tum etiam in ſcrutinio ad Sacros ordines mittendorum nouitiorum, nec non & reuiſorum computorum nuſquã potiatur, ad alios actus ſi Prælato viſum fuerit admittatur; Ne vero tam graues pœnas ſubeant hi qui non proteruitate obſtinata, ſed quadam leuitate abſq; Superiorum licentia Monaſterium exeunt. Declarant Diffinitores eum minime in fugitiuorum numerum aſcribendum qui naturalis diei terminũ hoc eſt horas quattuor, & viginti extra proprium Monaſterium non conſumpſerit cum excommunicationis tamen ſententiam nec non & vtriuſq; vocis priuationem per triennium integrum ſe ipſo facto incurriſſe ſciat, non habens vocem id genus criminis reus conuictus accepta in conuentu publice vnica diſciplina tres menſes continuos Clauſtra Monaſterij non exeat; Qui fugitiuo ſe ſocium, aut in allocutione, aut in negotijs quibuſlibet præbuerit ſine licentia ſui Superioris, is vltra excommunicationem, quam ipſo facto incurrit, Monaſterij clauſtra per ſex menſes non exeat. Et quoniam fugitiuorum multi tam perfricatæ frontis, tantæq; impudentiæ eſſe ſolent, vt eos per vrbes cũ flagitioſiſſimis quibuſcunq; in ſcandalum omnium vagari non pudeat; curent quã diligentiſſime Prælati, in quorum Diœceſibus huiuſmodi perditi homines fuerint, vt per vim capiantur, ac in Carceres grauiſſime affligendi conijciantur, ſumptus vero quos hiſce caſibus fieri contigerit per Monaſteria

Pro-

Prouinciarum reſpectiuè vnde auffugerint perſoluátur.

Carceres in omnibus Monaſterijs conſtituendos. Cap. 75.

VT in vnoquoq; Congregationis Monaſterio facilius poſſint improborum hominum petulãtia, ac temeritas coerceri, qui ſuæ profeſſionis obliti Deum poſt terga habentes, flagitia perpetrare nõ verentur, curent Prælati vt vbi Carceres non exiſtunt quamprimum conſtruantur, qui id neglexerint puniãtur per Viſitatores.

Carceribus detentos ab omnibus euitandos. Cap. 76.

QVICVNQVE Congregationis Religioſus fuerit carceri incluſus ab omni aliorum commertio, ac conſuetudine ita ſit ſeiunctus ac ſequeſtratus vt eum nemo aut verbo, aut ſcripto alloquatur; ſi quis non habita à ſuperiore licentia huiuſmodi eum verbo, vel ſcripto alloqui, aut ei cibum adferre, vel mittere auſus fuerit excommunicationis pœnam incurrat, & vapulet publica diſciplina.

Calumniatores, aut alienæ famæ detrahentes qua pœna plectendi. Cap. 77.

NEMO eſt tam honeſtis moribus, vt inuidorum hominum improbitati, maledicendi aditum omnem intercludat; Animaduertant igitur Patres Viſitatores quoties ſuum viſitandi munus obibunt, vt quos maledicendi vitio obnoxios, alienæq;

famæ detrahentes cōpererint acerrime puniant. Quod etiam Prælati contra quoſcunq; huiuſcemodi omni di ligentia exequantur; De delictis autem quæ in capitulo celebrato Romæ anno 1580. menſe Februarij non fuerunt detecta nec iuſtificata nulla amplius in poſterum habeatur actio, ſed eis ac rebus elapſis annis præteritis impoſitum perpetuum ſilentium cenſeatur. Nemini igitur liceat in poſterum defectus præteritos nempè a dicti Capituli celebratione retro, alicui improperare verbo, vel in ſcriptis ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ à qua non niſi per ſedem Apoſtolicam, & præterquam in mortis articulo abſolui poſſit, & etiā priuationis vtriuſque vocis per decennium iuxta Bullā reformationis Sanctiſſimi D. N. D. Gregorij XIII. Pōt. Max. Prætere a quoniam deſunt aliqui, qui ſæpe litteris alienis actibus detrahere, interque Prælatos, ac Monachos deſſidia, ac diſcordias ſeminare non verentur, ob id diffinitores præcipiūt omnibus Congregationis perſonis ne litteras de alienis actibus tractantes ex quibus aliquod famæ, vel communi, vel particulari damnum oriri poſſit, ad quemlibet alium Religioſum vel laicum quemcunque ſcribere audeant, hoc qui auſus fuerit ſi Prælatus pro qualibet vice per menſem integrum à dignitate ſuſpendatur. Reliqui in id criminis incidentes pro qualibet vice per tres menſes continuos Clauſtra Monaſterij non exeant, in quas pœnas etiam incurrant reſpectiue, quicunque verbis ſuper præmiſſis deliquerint.

Quod

Quod vnum Regimen alterius Regiminis ſententias non retractet. Cap. 78.

INIQVVM eſt vt ea quæ ſapienter, ac mature diffinita ſunt per contrarias leges tollantur; Propterea ſancitum eſt quod nulli Regimini liceat ſuperiores Regiminis ſententias, iuditia, leges, ac decreta abrogare, vel retractare, quod ſi quid ſit quod diuerſum iuditium poſtulare videatur, id ad Diffinitores futuri capituli tanquam ad ſupremum magiſtratum deferatur.

Quibus pœnis rebelles, diſcoli, ac percutientes coerceantur. Cap. 79.

SI quis ex Monachis, vel Conuerſis Congregationis proprio Prælato contumax, rebellis, ac proteruus extiterit, vel ſecularium aliquos in ſui fauorem, vel auxilium contra obedientiam proprij ſuperioris implorauerit, is vti nulla indulgentia aut commiſeratione dignus ſit ipſo facto voce actiua, & paſſiua priuatus per decēnium, qui in laycum ſuadente diabolo manus violentas iniecerit, vtraque voce trienniū careat; ſi perſonam Eccleſiaſticam percuſſerit vltra pęnam excommunicationis quam iuxta canonicas ſanctiones ipſo facto incurrit etiam vtraque voce triennio priuatus, in carcerem ad arbitrium Regiminis intrudatur; non habentes vocem in præmiſſis delinquētes publice in conuentu flagellentur, ac in carcerem conijciā-

tur

tur ad arbitrium vt ſupra. Qui vultu, verbis, aut manibus alicui minatus fuerit pro qualibet vice publica diſciplina plectatur, ſi arma arripuerit quamuis non iaciat; carceri mancipetur ad arbitrium prædicti Regiminis, Si verò percuſſerit armis in carcere coni jciatur, ac alijs pœnis iuxta delicti grauitatem puniatur. Qui Prælatum aliqua iniuria affecerit pro qualibet vice diſciplinam publicam accipiat. Si vero etiam eidem infamiæ notam obiecerit, vel verba contumelioſa, vel minatoria protulerit in carcerem includatur, de eo ſcelere ſi aliter non conſtet dicto Prælati cum iuramento; & vnico teſte plena fides adhibeatur. Eum nanque eſſe uiridicum credendum eſt quem Deus Opt. Max. Ouibus ſuis Paſtorem præfecerit.

Impugnantes Religionem vel ſuperiores qua pœna caſtigandi.
Cap. 80.

LICET naturę omnino aduerſetur vt quis in propriam Matrem arma ferat, quoniam tamen nullum eſt tam immane flagitium quod non poſſit in hominem improbum cadere. Ea propter præſenti decreto ſancitum eſt, vt quicunque tam execrandum, ac abominabile facinus admiſerit, & Congregationem eiuſq; conceſſiones, & indulta apoſtolica, ordinationes, & ſtatuta, tam Diffinitorum quam Regiminis vel etiã Viſitatorem tempore Viſitationis impugnare præſumpſerit, vel aliquos alios ad hoc verbo, vel facto induxerit, aut etiam à iuſta correctione proprij ſuperioris appellauerit,

pellauerit, pęna quæ in cōſpiratores lata eſt per leges puniatur. Quā quidem pęnam nemini præterquā Diffinitoribus, vel Regimini, aut tollere, aut minuere liceat.

Quod nullus Congregationis Religioſus arma cuiuſuis generis teneat, vel ſecum deferat. Cap. 81.

DEDECET virum Religioſum, & maximè Monachum quippe cui iuge bellum eſt contra mundum, carnem, ac Diabolum armis corporalibus vti, cum maximè ſpiritualibus nempè oratione, ieiunio, & alijs id genus contra huiuſmodi crudeliſſimos hoſtes indigeat, ob id iuxta conſtitutionem fe. re. Clementis Quinti, quæ habetur in clem. de ſtatu Monachorum capitulo ne in agro, ſtatutum eſt quòd nullus Monachus, vel Conuerſus Congregationis audeat abſque licentia proprij Prælati in ſcriptis intra ſcepta Monaſterij vel etiam extra in quolibet loco reſideat habere arma cuiuſuis generis ſiue offenſiua, ſiue deffenſiua vel etiam extra ſecum deferre, qui ſecus fecerit ſciat ſe ipſo facto excommunicationis ſententiā incurriſſe, & præterea comprobatus vel conuictus carceris vindictam per tres Menſes ſubeat.

Mulieres cuiuſuis conditionis, & gradus in Monaſteriorum clauſuras non admittendæ. Cap. 82.

QVONIAM prohibentur à fel. rec. Pio V. & Gregorio XIII. Pont. Max. mulieres cuiuſuis conditionis & gradus intra Clauſtra Monaſte

riorum recipi; declarant Diffinitores clauſtrorum nomine intelligi debere portas Monaſteriorum recta via in dicta loca tendentes, non eas per quas omnibus aditus patet ad Eccleſias, non liceat etiam huiuſmodi mulieres admitti in viridaria Monaſteriorum muris circũdata præterquam in viridario S. Ambroſij maioris Mediolani die Paraſceues tantum, qui ſecus fecerunt ſciãt ſe ſe in pœnas, ac cenſuras à dictis Sanctiſſimis Pontificibus eminatas ipſo facto incurriſſe.

A ludis, & Venationibus illicitis abſtinendum. Cap. 83.

A Ludis omnibus nec non à Venationibus per ſacros Canones, & præcipue à ſacroſancta Tridentina Synodo vetitis, omnes Congregationis perſonæ prorſus abſtineant, qui in his vel horum aliquo tranſgreſſus fuerit, ſi Prælatus priuetur voce actiua, ſi alius vtraq; voce triennio integro ſit priuatus; nõ habens vocem ſi repertus fuerit tranſgreſſor Clauſtrum per annum non exeat.

Litterarum ſtudia in Monaſterijs exercitanda. Cap. 84.

MANDAT ſacroſancta Tridentina Synodus Seſſione 5. cap. 1. vt in Monaſterijs Monachorum vbi cõmode fieri queat lectio ſacræ ſcripturæ habeatur quippe quæ ſit omnino ſacros ordines promotis, & potiſſimum ſacerdotibus neceſſaria; ſtatutum eſt quod in omnibus Monaſteriis Congregationis vbi maior congregatio fuerit conducantur ſacræ

Theologiæ Magiſtri, quorũ lectionibus omnes Monachi tũ iuuenes, tũ ſeniores interſint, qui neglexerint pro ſingulis vicibus in menſa cõmuni non accumbant, ſed humi in Refectorio cibum ſumant in Prælatos autem hanc diſciplinam paruifacientes Viſitatores animaduertant. Ne verò quid obſtet quominus adoleſcentes eam poſſint ſtudiis operam dare qua aliquem in litteris profectum faciant, ſancitum eſt vt quilibet Prælatus in cuius Monaſterio lectio huiuſmodi habebitur libros ſtudentibus docilibus quotquot neceſſarij fuerint ſuppeditet, ac ſubminiſtret, neque illos cogat diuinis offitiis intereſſe, prætérquàm Miſſæ, & Veſperis quotidie, ac diebus feſtis omnibus horis canonicis adſint, qui etiã cum à choro abfuerint totum diuinum offitium priuatim perſoluere ac dicere non prætermittant, ſi qui inter hos fuerint diſcoli, incorrigibiles, ii & acriter puniantur, ac etiam ſi opus fuerit tanquam oues morbidæ inde in aliud Monaſterium à Regimine, vel Præſidente hoc priuilegio donec reſcipuerint cariturí tranſmittantur; Præterea nullus de Congregatione extra Monaſteria aliquam ſcientiam, vel artem abſque licentia proprii Prælati, vel Regiminis in ſcriptis obtenta addiſcere audeat.

Quod omnes in Refectorio cibum ſumant, ne quis lectione in menſa careat. Cap. 85.

DIVVS Benedictus in Regula præcipit vt menſis fratrum lectio non deſit quæ Monachos à diuer

ſis otioſis ſermonibus, ac cogitationibus auertat. Propterea ſtatutum eſt quod Prælati, vel alij ſuperiores ceſſante legitima cauſa non permittant ſibi ſubditos, alibi quàm in Refectorio cibum aſſumere vbi lectio iugiter habeatur, Idq; maxime in Monaſteriis vbi maior congregatio ad minus duodecim Monacorum fuerit obſeruetur, qui contrafecerint grauiter à Viſitatoribus puniantur.

Quod nullus inconſulto ſuperiore edat carnes. Cap. 86.

QVANQVAM Monachi vita, vt diuus Benedictus ait ſemper Quadrageſimalis eſſe debeat, tamen quoniam in ea tempora deuentum eſt, vt non nihil ſit imbecillitati condonandum, Decretum eſt vt nulli inconſulto ſuperiore in Monaſterio veſci carnibus liceat, qui ſecus fecerit, edat publice in pane & aqua pro qualibet vice.

Quæ pecuniæ Monachis de loco ad locum migrantibus pro uiatico dentur. Cap. 87.

PERSÆPE euenit vt Monachi, vel Conuerſi Congregationis de Monaſterio in aliud Monaſterium tranſmittantur cùm pro locorũ neceſſitate, tum etiam alijs rationabilibus cauſis quod ſanè abſque pecunia fieri nequit. Propterea cum partes ſint ſuperiorum vt ſubditis neceſſaria ſubminiſtrent operepretium eſſe Diffinitores duxerunt, ſi de viatico conuenienti huiuſmodi iter facientibus, ne quid illis in via

quod

quod ſit neceſſarium deſit prouiderent, atque in ſumptibus in itinere faciendis eam metam, modumq; ſtatuerent, qui omnibus Monachis vel Conuerſis de loco ad locum migrantibus eſſet ſeruandus. Sanciunt igitur vt Monachi omnes ſeu Conuerſi, qui à Monaſteriis S. Ambroſij, Clareuallis, Sancti Petri, Trium magorum, Cerretti, Cremæ, Cauæ, Quartazolæ, necnon & Columbæ erunt Venetias profecturi rebus, & perſonis ad Nauim adductis, ſeu per latis ſinguli quattuor aureos percipiant. Qui vero à Monaſterio Acquæ frigidæ erunt migraturi vt Venetias petant ſinguli ſex aureos omnibus computatis habento, quos vero illuc Monaſterium Sancti Martini miſſerit iis rebus & perſonis ad Nauim perductis tres aureos horum ſingulis impēdat. Redeuntibus Veneriis ad ſupraſcripta loca præſcripta forma in viaticis addito pro ſingulis vno aureo ſeruetur. A Monaſterio vero ad aliud veluti Clareualle ad Monaſterium Sancti Martini vel e conuerſo migraturi perſonis rebuſue conductis ſinguli in ſingulas itineris dietas, quartam aurei partem accipiant. Ex Columba Romam iter facturi vel inde in Lombardiam reuerſuri ſinguli duodecim aureos accipiunto ſi ſine equis, ſed ſi equos habuerint octo tantum, & hæc de Viaticis Prouintiæ Lumbardiæ dicta ſint. In Prouintia vero Tuſcię hæc forma ſeruetur nempe qui Roma ad Monaſteriū Morimundi acceſſuri erunt aureos duodecim vt ſupra habeant, qui Roma Nonantulam vel Ferrariam petent aureos octo accipiant, qui Faentiam aureos ſeptem, qui Flo-

Florentiam aureos quinque, qui vero à Monaſterio ad Monaſterium his regulam ſupradictam de quarta parte aurei in ſingulas dietas obſeruent.

Habitu quali Monachis vtendum. *Cap.* 88.

TAMETSI habitus exterior non facit Monachum ſed morum integritas, vitæq; honeſtas, tamen quoniam per exteriora iuditium fit de interioribus, quæ enim homo facit exterius indicant interiorem animi affectionem Monachi debent in indumentis ſeruare modeſtiam ſuæ profeſſioni congruẽtem, vt per decentiam habitus extrinſeci morum honeſtatem intrinſecam oſtendant, tanta autem hodie aliquorum inoleuit temeritas, Religionisq; contemptus vt propriam dignitatem, & honorem Monaſticum paruipendentes veſtes etiam deferant publicè laicales. Quapropter Patres Diffinitores inhęrentes conſtitutioni Clementis V. in Concilio Viennen. quæ habetur in clem. de ſtatu Monac. capitulo ne in agro, nec non & Conc. Tridentino ſeſſ. 14. cap. 6. ſtatuerunt quod nullus Monachus, vel Conuerſus in poſterum audeat deferre tunicas apertas, femoralia, vt vocant, quauis forma concinnata, nec imburſata, quæ Monaſticæ ſimplicitati aduerſentur vel alia quæcunque indumentorum genera ex materia ſerica ciamballorouè confecta, nec ea quæ in aliquam partem prophanam ſenſualitatẽ præſeferant, ſed vniformitas in veſtimentis cum in facturis, tum etiam in coloribus nempe in nigro, & albo

bo tantum ab omnibus Congregationis perſonis obſeruetur, Conuerſi item Tunicas infra talos protractas, ac ſcapularia pluſquam ferat mos oblunga ne induant, nullus eorum crepidis, ſed tantum calceis in ſuperiori parte pedis apertis vtatur, omnes vero ſub ſuperiori Tunica aliam veſtem, vel ſaltem Trauerſiam quæ genua cooperiat defferant; qui in prædictis, vel aliquo prædictorum fuerint tranſgreſſi, ſi ſemel correpti illico non paruerint, quicunque illi ſint, non exeant Clauſtrum donec reſipiſcant, aliis etiam pœnis grauioribus contumaces caſtigentur, vt vero has veſtimentorum leges quiſque diligentius obſeruet, cura ſit Prælatis in ſuis reſpectiue Monaſteriis ſæpius ſibi ſubditorum Cellas viſitare, eorumue ſuppellectilem diligenter recenſere, & quicquid repererint quod Monaſticæ Diſciplinæ non conueniat omnino auferant, atque inobedientes caſtigent, memores ſe ſe (quos ſubditorum duces in diſciplinis regularibus eſſe oportet) de his omnibus Deo Opt. Max. rationem reddituros ſi indormierint, necnõ & à capitulo, vel Viſitatoribus non leuiter punitos iri.

Quod nullus quicquam extra Monaſterium teneat. Cap. 89.

NE Prælati in perſcrutandis ſibi ſubditorum Cellis ſuppellectiliuè recenſenda quod perſæpe fieri vtile admodum erit defraudentur, ſtatutum eſt quod nullus Monachus, vel Conuerſus Congregationis audeat tenere veſtes, libros, vel alia quæcũq; extra Monaſterium, quod ſi quis tranſgreſſor depræ-

hēſus fuerit, rebus ipſis quæcunq; ille fuerint careat, atq; priuetur, nec non & per annum integrum qualibet ſexta feria ieiunio panis, & acquæ affligatur, In Prælatos verò negligentes ſeuere Viſitatore animaduertant.

De Veſtiario Monachorum. *Cap. 90.*

DIVIDEBANT Apoſtoli vt eorum acta teſtantur, vnicuique de rebus ad victum, & veſtitum pertinentibus, prout cuiuſque neceſſitas expoſcebat, id etiam inter Monachos ſeruari Diuus Benedictus iubet, quoniam tamen alia tempora, alias leges, aliaſuè viuendi normas aliquando expoſtulant compertum habentes PP. Diffinitores id à multis in vitium deduci operepretium duxerunt modum quendã ſumptuum vnicuique in veſtibus ſtatuere. Condixerũt ergo in primis, vt in veſtiendis ſingulis Prælatis quorũ nomine etiam Abbates titulares veniunt quinque & viginti aurei quotannis expendantur, Abbates vero non reſidentes in eorum proprio Monaſterio etiam dicti Abbates titulares ex ære communi Cõgregationis quotannis veſtiarium recipiant. In veſtiendis vero Prioribus Clauſtralibus, ſecundis Viſitatoribus, Supprioribus Monaſteriorum quibus Priores Prælati præſunt, ac Cellerariis, aurei decem, & ſeptem in ſingulos pariter quotannis expendantur, Monachorum reliqui ſi Sacerdotes fuerint quattuordecim, ſi non Sacerdotes duodecim aureorum ſumptu contenti ſint; Conuerſis vero decem aureorum ſumma ſit ſatis; Quæ quidem veſti-

mentorum

mentorum impenſę per totum menſem Februarii quolibet anno fiant; Prælati ſi tempus diſtulerint per Regimen à dignitate vſque ad ſatisfactionem ſuſpendantur. Præterea caueant Cellerariorum quique ne pecunias alicui etiam ad comparandas veſtes huiuſmodi ſine licentia proprii Prælati tradant, qui aliter fecerint, voce actiua, & Paſſiua toto triennio priuati exiſtant, eadem pœna his ſit qui datas acceperint, ſi fuerint vocales, ſi vero non fuerint vocales clauſtra per totum triennium non exeant.

Mutuare, largiri, permutare, ac vendere ſine licentia Monachis prohibitum. Cap. 91.

ANIMADVERTENTES Diffinitores ex nimia prodigalitate, & affectatis largitionibus quorundam Monachorum, vel Conuerſorũ multa mala proficiſci. Propterea ſtatuerunt quod Monachi, vel Conuerſi Congregationis nec cuiquam extra Monaſterium neque ſibi inuicem pecunias, veſtes, libros, vel alia quæcunque mutuare, largiri, vendere, vel permutare abſque licentia proprii Prælati poſſint, ſi quis iſtius decreti tranſgreſſor depræhenſus fuerit, is vltra amiſſionem pecuniarũ, vel rerum huiuſmodi mutuatarum, donatarum, permutatarum, vel venditarum, quas ex nunc prout ex tunc ſacrario applicatas decernunt, etiam aliis pœnis prout Superiori viſum fuerit puniatur.

Barbas Monachi ne nutriant. Cap. 92.

IN Concilio Carthaginenſi olim decretum fuit, ne Clerici comam nutriant, neque barbam vt habetur extra de vita, & honeſtate clericorum capitulo Clericus, id minus licere Monacho nulli dubium. Nullus igitur Monachus, vel Conuerſus contra antiquiſſimam ordinis inſtitutionem audeat Barbam deſerre more ſecularium, & maxime cum pilis in ſuperiore labro, & menti ſummitate reliquis prominentioribus, ſed equaliter tondeantur, vel radantur. Qui aliter fecerit pro qualibet vice humi in Refectorio pane, & aqua tantum veſcatur, ſi ſe non correxerit diſciplina regulari ſubdatur, maximum enim ſacrilegium eſt cũ barba huiuſcemodi ſacroſanctum corporis, & ſanguinis Chriſti Sacramentum inſumere.

Quæ reuerentia Sacerdotibus habenda. Cap. 93.

CVM ſuperiorum oculi nequeāt quocunq; proſpicere, ſitq; de iure diuino vnicuique mandatum de proximo ſuo liceat quibuslibet ſacerdotibus Congregationis quos tamen zelus Domus Domini comederit quoſcunque Iuniores coram ſe delinquentes obiurgare, ac corripere; ſi quis temerè contra obiurgantem inſurrexerit, vel verba contumelioſa dixerit, vel etiam ſubſanauerit is re ſaltem per vnicum teſtem fide dignum medio eorum iuramento probata pro qualibet vice a ſuperiore ieiunio panis, & aquæ humi

mi in Refectorio condemnetur creſcente vero contumatia ad verberum, vel carceris animaduerſionem procedatur, quibus Iunioribus diſtricte præcipitur, vt maioribus ſuis & maxime ſacerdotibus honorem, & reuerentiam deferant iuxta regulæ diui Benedicti ſtatuta, quod ſi aliter fecerint non exeant clauſtra donec reſipiſcant. Qui quidem Sacerdotes Iuniores quoſque etiam ſi maiores profeſſione extiterint vſquequo, & ipſi ſacerdotes fungantur præcedant.

De illegitimis. Cap. 94.

STATVVNT illegitimos, ex ſoluto & ſoluta prout in Bulla Sanctiſſimi Domini &c. debere admitti ad vocem diſcretalem, ea tamen ratione, vt nullo pacto poſſint eligi in Diffinitores, & ad euitanda inconuenientia quæ poſſint oriri ordinant Reuer. Patrem Seniorem, qui ſchedulas huiuſmodi diſtribuit in diſtributione ipſa, ſicuti nomen electoris à ſchedula vnaquaque excludit, & dilacerat, ſic etiam excludat, & dilaceret nomina eorum diſcretorum qui illegitimi declarati fuerint, quod ſi contigerit aliqua ſchedula habere nomina talium illegitimorum in ipſa Diffinitorum electione ea omnino irrita, & nullius valoris habeatur.

De ſuſcipiendis Nouitijs. Cap. 95.

QVONIAM Sanctiſſimus D. N. Sixtus V. in Bulla ſuper admittendis deinceps ad habitũ Nouitijs edixit inter cætera, vt à Capitulis pro-

uintialibus, vel generalibus deputarentur duo vel tria Monaſteria quorum ſuperiores inquiſitionem ſuper Nouitijs facerent, ideo Reuerendi Patres Diffinitores ex nunc deputant Reuer. P. Regiminum Tuſciæ, & Lõbardiæ reſpectiuè ad eam inquiſitionem ſuper qualitatibus admittendorum in dicta Bulla faciendam.

In Miſſarum nouarum celebratione. Cap. 96.

ANIMADVERTENTES R. P. Diff. in Miſſarum nouarum celebratione conſueuiſſe Monachos conuiuia oppipare inſtruere, & ſeculares vndique conuocare, quod & deuotionem celebranti minuit, ſi non tollit omnino, & ſcandalum grauiſſimum parit. Decreuerunt, & ordinauerunt in huiuſmodi Miſſarum nouarum celebratione nullum omnino conuiuium parare præcipueque nullos ſeculares quamuis propinquos ad conueſcendum conuocandos, imo verò neq; ad oblationes eſſe ab ipſis celebrantibus accipiendas ab altare ad populum cõuertendũ, ſtatuentes Prælato ſi permiſerit pœnam vocis actiuæ, & celebranti vtriuſq; ad Capitulũ proxime futurũ incluſiue.

Abbates carentes voce capitulari. Cap. 97.

DECREVERVNT R. P. Diff. Abbates Titulares non eſſe admittendos ad vocem capitularem excepto Abbate Miſericordiæ ex quo huiuſmodi Abbates ſupponuntur inhabiles propter ſenectutem ad itinera facienda, prætereaq; eoſdem

non poſſe nec debere admitti ad habendam vocem in Regimine, aut poſſe ſubſtitui ad eam vocem, vel ad Vicariatum gerendum in aliquo Monaſterio.

Quòd Conuerſi fugitiui non recipiantur niſi in habitu Commiſſorum. Cap. 98.

SI indignum eſt hominem homini non ſeruare fidem, ſanè maximum nephas eſt, promiſſis ipſi Deo Opt. Max. ſolemniter factis non ſtare; Proptereà Reuerendi Patres Diffinitores volentes quoad fieri poteſt prouidere vt Congregationis Religioſi, quam profeſſi ſunt ſtabilitatem obſeruent, præſenti decreto ſanxerunt Conuerſos qui in poſterum apoſtatauerint; inter quos etiam connumerandos cenſuerunt, fratrem Petrum Martyrem de Anadrinis, ac fratrem Carolum de Grittis non eſſe recipiendos niſi in habitu commiſſorum tollentes omnino auctoritatem Regiminibus, ac Viſitatoribus ne ſuper hoc diſpenſare queant.

Quod conſtitutiones ab omnibus obſeruentur. Cap. 99.

QVONIAM parum eſſet iura condere niſi eſſent qui ea debitè executioni demandarent, vt habetur extra de ſtatu Reg. lib. 6. ob id diſtrictè præcipitur omnibus Monaſteriorum Prælatis vt eorum ſinguli habeant in ſuis reſpectiuè Monaſteriis ſupraſcriptas ordinationes duplices, vt non tantum penes ſe ipſos ſed eorum etiam Vicarios reperiri poſſint ad effectum, vt eas vnuſquiſque pro libito ligere queat, quas

etiam bis ſaltem in ſingulos annos publice in Conuentu legendas curent, ne quis de earum obſeruatione ignorantiam prætendere poſſit quos quidem Prælatos vti verè Paſtores & non Mercenarios in earum obſeruationibus ſubditorum duces eſſe oporteat. Meminerint igitur ſe animas regendas quas Chriſtus proprio ſanguine redemit ſuſcepiſſe, & ob id non ad propria commoda, non ad diuitias, aut luxum, ſed ad labores, & ſolicitudines pro Dei gloria vocatos eſſe. Non enim dubitandum eſt ſubditos ad Religionem innocentiamq; facilius inflammandos, ſi præpoſitos ſuos viderint non ea quæ mundi ſunt, ſed animarum ſalutem ac cœleſtẽ patriam cogitantes. Hæc itaq; ſæpe meditantes factis etiam ipſis, ac vitæ actionibus quod eſt veluti perpetuũ quoddam prædicandi genus ſe numeri ſuo conformes oſtendant, moreſque ſuos ita componant, vt ſubditi ab eis frugalitatis, modeſtiæ, continentiæ ac quæ nos tanto tempore Deo commendat ſanctæ humilitatis exempla petere poſſint, Nephas enim eſt eos qui præſunt nõ his virtutem inſignibus, ac viuendi diſciplina fulgere, quæ merito omnium in ſe oculos conuertant.

Quando ad Capituli generalis ſtatuta recurrendum. Cap. 100.

SICVT in omnibus rebus in quibus nihil certi deffinit ſacra ſcriptura mos populi Dei atque inſtituta maiorum pro lege habenda ſunt inquit Diuus Auguſtinus ſcribens ad Caſulanum, ita etiam ſanxerunt Diffinitores vt in vinea Domini nihil ſit inordinatum,

natum, vt quotieſcunque aliquid acciderit de quo in præfatis municipalibus ſtatutis nil fuerit determinatú ad ordinationes,& Decreta Capituli generalis à quibus nulli declinare liceat recurratur. Et in omnibus conſtitutionibus in quibus nulla tranſgreſſoribus aſcribitur pœna, arbitraria intelligatur.

Quod ſingulis Diffinitoribus ternæ literæ gratioſæ concedantur. Cap. 101.

PER multorum ſummorum Pontificum Priuilegia ordini noſtro conceſſa olim in ſingulis anniuerſariis Capitulis ſingulis Diffinitoribus ſingulæ littere gratioſæ quibus eorum quiſque quam maluiſſet Eccleſiaſticã vel ſecularem perſonã omnium ſpiritualium bonorum quæ in Congregatione fierent participem faceret concedebantur, quoniam verò his diebus capitulum huiuſcemodi ſingulo tantum quolibet triennio iuxta Bullam reformationis celebrandum venit, ne dicti Diffinitores in aliqua parte dictis Priuilegiis fruſtrentur præſenti Canone ſancitum eſt in ſingulo triennali capitulo ternas litteras gratioſas huiuſmodi ſingulis Diffinitoribus eſſe concedendas quibus Cõgregationis benefactoribus prout eis libuerit bona ſpiritualia huiuſmodi impartiri poſſint.

Forma literarum gratioſarum. Cap. 102.

NOS Don &c. Dei gratia Abbas Monaſterii N. ordinis Ciſtercienſis Congregationis Sancti Bernar-

di

di in Italia Prouintiæ Lumbardiæ, ac Diffinitor capitu li dictæ Congregationis celebrati in Monaſterio N. Anno N. auctoritate capitulari. Multum Mag. ac Nobili Domino N. ſalutem in Domino.

Conſueuit eadem congregatio Ciſtercienſis Italica, eos qui ſpetialem quendam affectum, piamq; deuotionem erga hanc congregationem & præcipuè erga Monaſterium noſtrum N. oſtendiſſent, eo gratitudinis offitio proſequi, vt piam eorum deuotionem ſic adiuuare niteretur, vt eos inter præfatæ Congregationi addictos, & aſcriptos aſſumens iis inſignibus eorum benefitiorũ quæ Deus ordini Ciſtercienſi per plures ſummos Pontifices ampliſſimè conceſſit participes faceret, propterea nos cum te ſciamus erga hunc ordinem ita affectum, vt prædicta benefitia mereri à nobis cenſearis, ex nunc te omnium Miſſarum, Orationum, Horarum, Pſalmorũ, Vigiliarum, Ieiuniorum, Diſciplinarum, Lectionũ, Abſtinentiarum, laborum, obedientiarum, cæterorumque exercitiorum ſpiritualium, quæ nũc Deo auctore in noſtra Congregatione fiũt, ac in poſterum fient, Multum Mag. Dominationem tuam participem eſſe volumus, in vita pariter, & in morte. Addentes de gratia ſpeciali, quod cum obitus tuus, quem Deus fœlicem faciat, noſtro fuerit capitulo nunciatus pro remedio animæ multum Mag. Dominationis tuæ per totam Congregationem noſtram iniugemus orationes celebrari, ſicuti pro deuotiſſimis noſtris facere conſueuimus. Dat.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. ad perpetuam rei memoriam Roman. Pontifex ex commiſſo ſibi deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officio circa fœlicem ſtatum Eccleſiarum, & Monaſteriorum, ac piorum locorum omnium ex viſceribus charitatis intendens ea per quæ Eccleſiæ Monaſteria, & loca ipſa cum Dei honore in ſpiritualibus, & temporalibus ſalubribus proficiant incrementis, ac ſublatis diſcenſionum diſcordiarumq; fomentis, & alijs contrarijs quibuslibet in eis regularis obſeruantia, diuinusq; cultus inuiolabiliter obſeruetur, perſonæq; religioſe ſub ſuaui religionis iugo in pace, & quietis māſuetudine altiſſimo vota reddere, & fructus in Dei Eccleſia proferre valeant ampliores ac Chriſtifidelium animarum ſaluti conſulatur ſtatuit, & ordinat, & iam deſuper ſtatuta, & ordinata approbat, & confirmat, aliaq; facit, & diſponit prout penſatis circunſtantijs vniuerſis id conſpicit in Domino ſalubriter expediri. Sanè venerabilis Frater noſter Ioānes Epiſcopus Oſtien. Cardinalis Moronus nuncupatus nobis nuper expoſuit quod licet olim ſalubri, vt tunc ſpetabatur conſilio de Capitulis per Abbates, Prælatos, & Conuentus Monaſteriorū Ciſtercien. ordinis Congregationis ſancti Bernardi in Italia Tuſciæ, & Lumbardiæ Prouintiarum inſimul vnitarum regularis obſeruantiæ ſtatuto ad id loco, & tempore quotannis celebrandis lata decreta et Apoſtolica auctoritate per fœlicis recordationis Alexandrum VI. & Iulium II. Romanos Pontifices præ-

deceſſores noſtros confirmata fuerint longe tamen aliter euenire, & cum vbique pauci vix reperiantur ad dignitates, & officia, ac illis ingruentiæ munera rite obeunda ſufficientes, & Idonei, nihilominus pleroſq; nullius meriti, & inhabiles Monachos, inter frequentes capitulorum huiuſmodi celebrationes, & crebras inde prouenientes dignitatem, & officiorum ac munerum attributiones, & translationes illas hac opportunitate duntaxat ſibi patefactas ambire, & ad illas adminiſtrandas non mediocri totius vniuerſitatis, & Congregationis huiuſmodi diſcrimine, & dedecore peruenire, immenſis præterea ſumptibus qui pro continenter commigrantium in hæc capitula annua delectarum perſonarum Viatico ſuppeditantur rem familiarem Monaſteriorum prædictorum exhauriri multiplici hactenus documento compertum eſt, & ſicut ipſius Congregationis decreta, & ſtatuta quæ perpetuam illius vniuerſitatis vtilitatem continent immutata manere, & omni peræquè tempore obſeruari ſimiliter illa quæ aut vſus coarguit, aut ſtatus ipſius ordinis inutilia fecit, vel oſtendit pro rerum, & temporum conditione meliorem accipere formam, & prout conducit illa accommodari conuenit, ac propterea dictus Ioannes Epiſcopus, & Cardinalis qui totius Ciſtercien. ordinis Protector exiſtit, re maturè perſpecta ac ex nouiſſima Monaſteriorum, & locorum eiuſdem Congregationis de mandato noſtro, facta viſitatione de illorum, & perſonarum in eis reſidentium ſtatu debite informatus tam capitu

lorum huiuſmodi celebrationem differri, quàm de nō nullis alijs ipſius Congregationis ordinationibus conuenienter, & ex vtilitate communi ſtatui ſummopere deſiderat. Quare idem Ioannes Epiſcopus, & Cardinalis nobis humiliter ſupplicauit quatenus in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica digna remur. Nos igitur qui cunctarum præſertim Religioſarum perſonarum pacem, quietem, ac ſalubrem directionē ſinceris ex optamus affectibus huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vt deinceps capitulum prædictum ſingulo quoque triennio tantum in loco vbi ſingulis annis celebrari antea conſueuerat celebrari, & ne dilatio temporis huiuſmodi efficiat quod aſſumpti ad nouas dignitates arbitrio ſuo non ſeruatis conſtitutionibus res, & negotia dictæ Congregationis illiusq; Monaſteriorum adminiſtrent ſingulis annis loco capituli annuatim celebrari antea ſoliti Viſitatores deſtinari, ac quod ſocij Prælati Diſcreti nuncupati vnus videlicet iſque ſacerdos pro quolibet Monaſterio per ſortes ſine fraude, ac ſeruatis ſolemnitatibus in nouis deſuper cōſtituendis, & renouandis conſtitutionibus eligi, & ex conſuetudine per burſas Monaſteriorum ad arbitrium Patrum Regiminis diſtribui, ad fraudes autem in ſortibus ponendis illiſq; diſtribuendis contingentes euitādas, Superiores vtriuſque Prouintiæ prædictarum & anno in quo Capitulum celebrandum fuerit omnes Monachos vocales in eadem Monaſterio in quo eligendi ſunt Diſcreti infra totā Dñicam Septuageſſimæ diſtri-

M 2 buere,

buere, dictaſq; diſtributiones ad ſingula Monaſteria ad hoc vt a Prælatis illorum Monaſteriorum pro extra hendis poſtea in vna ex tribus proximis feriis Paſchatis Sanctiſſimæ Reſurrectionis ex eis Diſcretis qui ſacerdo tes vocales exiſtant ad capituli celebrationem mittendis imburſentur mittere, ſin autem in aliquo Monaſte rio quattuor Sacerdotes vocales vt ſupra reperte non fue rint vnus, vel plures prout opus fuerit ad ſupplendum talem numerũ ex alio viciniori Monaſterio in quo vltra quattuor extiterint aſſummi, & imburſatio in ipſo Monaſterio præſentibus, & interuenientibus pro veritatis teſtimonio cæteris alijs in illo Monaſterio commorantibus inter ſaltim quattuor Sacerdotes interueniant ex alio Monaſterio vocandi ſi in eo haberi non poterunt fieri, ſicque electi Diſcreti ad Capitulum acceſſuri litteras teſtimoniales fidem facientes de legitima eorum electione ab omnibus Sacerdotibus ſeu ſaltim à quattuor eorum qui interuenerint electioni omni inuidia, & maleuolenti a ceſſantibus ſub vtriuſq; vocis per ſexennium priuatione omnino niſi aliqua iuſta de cauſa Patribus Capitularibus notificanda, & ab eis iudicanda recuſarent ſubſcribendas, & coram Prælato ſtatim ſecuta electione ſubſcriptas, aliter ſine litteris huiuſmodi ad capitulum non admittendi ſecum deferre, & habere, ac comitia deinde capitularia tertia Dominica poſt Paſcha Reſurrectionis huiuſmodi celebrari, ad dictum autem capitulum Viſitatores, & ſinguli Prælati Monaſteriorum ſeu locorum cum ſuo Di-

ſcreto, vt præfertur electo accedere, Præſidens autem ætate non minor annis trigintaquinque qui per decennium Sacerdotis offitio functus fuerit, & non minus ſexennio in Prælaturis honorificè ſe geſſerit, qui etiam per Diffinitores Prælatus alicuius Monaſterij Prouintię in qua Regimen commoratur vz. pro Prouintia Tuſciæ in partibus Florentiæ, & pro Prouintia Lumbardiæ in partibus Mediolani auctoritatem tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus in omnibus Monaſterijs dictæ Congregationis, & tam in capitibus, quàm in membris habiturus ſuper huiuſmodi congregatione ſimiliter eligatur eligi, & dictus Præſidens omnes Prælatos dictæ Congregationis pro emergentibus cauſis intra ſuum triennium conuocare, & omnia vtilia vniuerſæ Congregationi de conſenſu maioris partis aſſiſtentibus etiam Viſitatoribus decernere debeat, ac in Regimine vtriuſque Prouintiæ quoties, & vbicunque ipſe Præſidens interfuerit ſi quid agendum erit ipſe idē licet ex ea Prouintia non exiſtat nihilominus aſſiſtat, & vocem habeat, & tanquam caput vniuerſæ Congregationis Monachos de loco ad locum mutare, & ex Prouintia ad Prouintiam legitimis interuenientibus cauſis auctoritate etiam propria mittere poſſit, illoſq; ſic mutatos, & mittendos ſuperiores locorum perinde recipere ac ſi à Diffinitoribus factum foret teneantur, Ipſiq; ſoli Præſidenti ad Romanam curiam, etiam non habita à Regimine licentia, ſed tantum notificato prius ſuo receſſu accedendi ſit auctoritas, & ſingulis annis cum

Viſita-

buere, dictasq; diſtributiones ad ſingula Monaſteria ad hoc vt a Prælatis illorum Monaſteriorum pro extra hendis poſtea in vna ex tribus proximis ferijs Paſchatis Sanctiſſimæ Reſurrectionis ex eis Diſcretis qui ſacerdo tes vocales exiſtant ad capituli celebrationem mitten-dis imburſentur mittere, ſin autem in aliquo Monaſte rio quattuor Sacerdotes vocales vt ſupra reperte non fue rint vnus, vel plures prout opus fuerit ad ſupplendum talem numerū ex alio viciniori Monaſterio in quo vl-tra quattuor extiterint aſſummi, & imburſatio in ipſo Monaſterio præſentibus, & interuenientibus pro veri-tatis teſtimonio cæteris alijs in illo Monaſterio com-morantibus inter ſaltim quattuor Sacerdotes interue-niant ex alio Monaſterio vocandi ſi in eo haberi non poterunt fieri, ſicque electi Diſcreti ad Capitulum ac-ceſſuri litteras teſtimoniales fidem facientes de legiti-ma eorum electione ab omnibus Sacerdotibus ſeu ſal-tim à quattuor eorum qui interuenerint electioni om-ni inuidia, & maleuolentia ceſſantibus ſub vtriuſq; vo-cis per ſexennium priuatione omnino niſi aliqua iuſta de cauſa Patribus Capitularibus notificanda, & ab eis iudicanda recuſarent ſubſcribendas, & coram Prælato ſtatim ſecuta electione ſubſcriptas, aliter ſine litteris huiuſmodi ad capitulum non admittendi ſecum de-ferre, & habere, ac comitia deinde capitularia tertia Dominica poſt Paſcha Reſurrectionis huiuſmodi cele-brari, ad dictum autem capitulum Viſitatores, & ſin-guli Prælati Monaſteriorum ſeu locorum cum ſuo Di-

ſcreto,

ſcreto, vt præfertur electo accedere, Præſidens autem ætate non minor annis trigintaquinque qui per decennium Sacerdotis officio functus fuerit, & non minus ſexennio in Prælaturis honorificè ſe geſſerit, qui etiam per Diffinitores Prælatus alicuius Monaſterij Prouintię in qua Regimen commoratur vz. pro Prouintia Tuſciæ in partibus Florentiæ, & pro Prouintia Lumbardiæ in partibus Mediolani auctoritatem tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus in omnibus Monaſterijs dictæ Congregationis, & tam in capitibus, quàm in membris habiturus ſuper huiuſmodi congregatione ſimiliter eligatur eligi, & dictus Præſidens omnes Prælatos dictæ Congregationis pro emergentibus cauſis intra ſuum triennium conuocare, & omnia vtilia vniuerſæ Congregationi de conſenſu maioris partis aſſiſtentibus etiam Viſitatoribus decernere debeat, ac in Regimine vtriuſque Prouintiæ quoties, & vbicunque ipſe Præſidens interfuerit ſi quid agendum erit ipſe idẽ licet ex ea Prouintia non exiſtat nihilominus aſſiſtat, & vocem habeat, & tanquam caput vniuerſæ Congregationis Monachos dè loco ad locum mutare, & ex Prouintia ad Prouintiam legitimis interuenientibus cauſis auctoritate etiam propria mittere poſſit, illoſq; ſic mutatos, & mittendos ſuperiores locorum perinde recipere ac ſi à Diffinitoribus factum foret teneantur, Ipſiq; ſoli Præſidenti ad Romanam curiam, etiam non habita à Regimine licentia, ſed tantum notificato prius ſuo receſſu accedendi ſit auctoritas, & ſingulis annis cum

Viſita-

Viſitatoribus ad Viſitationem ſe conferre, etiam cauſas terminare, ac decidere, nec non congregatis omnibus capitularibus æqualiter vocem, & ſuffragium habentibus ordinem conſuetum omnes officiales, & ſe ipſum abſoluendi ſeruare debeat; & ſi prædictum Præſidentem intra ſuum triennium decedere cōtingat alius Præſidens in illius locum cum ſimili poteſtate ad proxime futurum vſque Capitulum tunc duraturus per duodecim Patres Regiminis vtriuſque Prouintiæ inſimul cōgregatos, & de conſenſu illorum omnium ſeu ſaltim octo ex illis eligi; Præterea duo ſcrutatores qui vota ſcripta in ſchedulis ſingulorum vocalium de Diffinitoribꝰ eligendis aperiant, & ſuper illis ſcrutinium faciant præſtito prius coram omnibus iuramento de veritate referenda, & ſeruanda fidelitate pro qualibet Prouintia iuxta ſolitum ab omnibus capitularibus eligi, qui caſu quo fefellerint ipſo facto excommunicationis ſententiam à qua non niſi in mortis articulo à Præſidente, vel ab eo cui ipſe Præſidens ſuam auctoritatem ſubdelegauerit abſolui poſſint in foro conſciētiæ, incurrant. Et ſi fraus manifeſta erit, & probata, ſint etiam priuati in perpetuum voce actiua, & paſſiua, & inhabiles ad quæcunque offitia exercenda, niſi ex diſpenſatione apoſtolica, & de conſenſu Diffinitorum aliter fuerit decretum; ipſiq; ſcrutatores vtriuſque Prouintiæ inſimul ſchedulas ipſas vt legitimè annotētur Diffinitores videre debeāt, & ſi ipſi ſcrutatores in aliquam fraudem inuicem conſenſerint, eandem pœnam incurrant. Præterea ſeptem

Diffi-

Diffinitores per ſchedulas pro qualibet Prouintia, ac vnoquoque vocale, vt moris eſt ſigillatas prius ſigillo Præſidentis, & ſubſcriptas à duobus ſenioribus maioribus qui aſſiterint, vt recognoſcãtur in quibus ſchedulis nomina omnium vocalium habeãtur ex quibus nomina illorum qui in illo Capitulo Prælati acceſſerint ſignata ſint in margine pagine ſigno Crucis,& ex ipſis ſignatis eligi,& relinqui in dictis ſchedulis ad minꝰ quinque, & reliqui duo numerum ſeptennarium conficientes pro Diffinitoribus cuiuſque Prouintiæ arbitrio, & ſecundam conſcientiam eligentium eligi, & ſi aliqua ex illis ſchedulis à ſcrutatoribus reperta fuerit non habens ſeptem nomina relicta pro Diffinitoribus, & non fuerint in ea quinque ſignati dicto ſigno Crucis ſchedula illa pro nulla habeatur, & vt inualida reijciatur, ita etiam quod nullus in ſui fauorem votum dare, aut ſe ipſum eligere poſſit; Vtq; electiones faciendæ à Diffinitoribus maturè, & conſideratè, & non caſualiter fiant. Imprimis prædicti Diſſinitores vnum ex ipſis Præſidentem Capituli qui tamen non ſit illius Prouintiæ in qua Capitulum tunc celebratur ætatis,& qualitatis in Præſidente triennali ſupradicto requiſitæ eligere, vt ſi contingat poſtea illum eligi in Præſidentẽ triennalem nulla in electione occurrat alia inquiſitio, & deinde in iſto primo capitulo pro qualibet Prouintia tot Sacerdotes, quot ſunt Prælature in Prouintia, & vltra alios Sacerdotes quattuor habiles ad Prælaturam exercendam approbare debeant, qui etiam ad Viſitatóris

maioris

maioris offitiũ ſimiliter approbati intelligantur, quod-
que ij tantum ad Prælaturam, & ad Viſitatoris maio-
ris officium approbentur, qui officia minora digne grã
datim ſaltim biennio in quolibet offitio fideliter exer-
cuerit, ſemel autem approbati ſemper habiles intelli-
gantur, in futuris vero Capitulis numero approbatorũ
per obitum, aut ratione perpetrati per aliquem delicti
priuationem deficiente, & non aliter, alij in illorum lo
cum approbentur; Ita quod ſemper numerus quattuor
tantum extra prælaturas à quolibet Capitulo habeatur
& ſi intra triennium aliquem Prælatorũ decedere, vel à
Viſitatoribus, vel à Capitulo ob aliqua demerita priua
ri contigerit, alius extra numerum approbatorum aſ-
ſummi minime poſſit, aliterq; facta irrita ſit, & nul-
la, & à Capitulo non recipiatur electio, nec non talem
Prælaturam acceptans ſe non probatum nec in electio-
ne ſua fuiſſe ſeruatam formam electionis ſupra traditã
ſciens ipſo iure vtraque voce per decennium priuatus
cenſeatur, ſua electione huiuſmodi propterea nulla, &
inualida remanente ex illis autem approbatis, & prius
publicatis Diffinitores Prouintiarum Prælatos & Viſi-
tatores maiores per ſchedulas vt moris eſt eligere, Præſi
dens vero triennalis à Diffinitoribus vtriuſque Prouin-
tiæ, ſeu ſaltem à Decem ex ipſis per ſuffragia fabarum
eligi, & nullus Prælatus eodem tempore, & anno, præ-
terquam in iſto primo Capitulo approbari, & eligi.
Itemq; præfati Diffinitores omnimodã auctoritatem
ſuper tota congregatione ita quod ab eorum ſententijs

nemini

nemini appellare liceat, quinimo eorum decretis, & terminationibus quorum acta per ſcribam deputatum in libro perpetuo ſeruando à prædicto Præſidente pro tempore exiſtente annotentur omnes acquieſcere teneantur, habere ipſorum tamen offitio vltra decem dies minime, nec minus quinq; duraturo, ac ijdem in iſto primo capitulo taxam viatici pro Præſidente ordinare, nec non duos ex qualibet Prouintia Prælatos qui infra ſex menſes conſtitutiones, & reformationes ipſius Congregationis quæ neceſſariæ fuerint ex antiquis, & nouis colligere, illasq; ad prædictum Ioannem Epiſcopum, & Cardinalem Apoſtolica auctoritate poſtea confirmãdas, vel reijciendas mittere, & poſtquam confirmatæ fuerint Typis cum præſentibus litteris excudi, & ab omnibus, & ſingulis prædictę Congregationis perſonis inuiolabiliter obſeruari, nec impoſterum quidquam deſuper maximè in his quæ ſtatum publicum ipſius Congregationis concernunt immutari debeant, eligere; in faciendis autem electionibus Capitularium, ſcrutatorum, Diffinitorum, Viſitatorum, Prælatorum, & Pręſidentis quoniam difficillimum eſt, & quaſi impoſſibile foret votum aliquando non communicari, liceat vnicuiq; pro exoneratione ſuæ conſcientiæ ante votum ſuum ferendum, aliquem magis inſtructum conſulere, & per modum informationis, & conſilij vocem ſuam ſi ita videbitur accommodare abſq; alicuius cenſuræ, aut pœnarum incurſu. Quattuor autem Viſitatores duo ex vna Prouintia, & duo ex altera eligi, ac maio-

res profeſſione tantum ex ipſis Viſitatoribus vocem capitularem habere qui maiores quolibet non autem illo quo Capitulum generale celebratum fuerit anno de menſe Maij aſſumpto Præſidente, & pro ſcriba Viſitatore minore illius Prouintiæ cuius fuerit Præſidens ſe ſe ad viſitandum Monaſteria dictæ Congregationis cum eadem quam habet Abbas Ciſtertij, & alij quattuor primi Abbates dicti ordinis auctoritate conferre, ac illorum viſitatio ſingulis vicibus per totum menſem Iunij abſolui, acta autem viſitationis quæ facta fuerint in duobus annis præcedentibus ſingula ad Capitulum generale celebrandum vt etiam ipſi viſitatores rationem illorum viſitationis reddere poſſint deferri debeant, & ſi contigerit Prælatum aliquem priuari ſuo offitio vnus Vicarius tantum à Viſitatoribus vſq; quo à Patribus regiminis illius Prouintiæ alter ex probatis prælatus in illius locũ eligatur eligi, electiones autẽ minores videlicet aliquorũ officialiũ Prælaturis exceptis in cauſa priuationis huiuſmodi ab ipſis Viſitatorib⁹ fieri, moniales à Viſitatoribus illius Prouintię cuius erũt viſitari, & in illarũ Monaſterijs Cõfeſſores prout opus fuerit per triẽniũ deputari dictoq; triẽnio elapſo in aliud triẽniũ prorogari, ita tamen ꝙ quãdiu Confeſſores extiterint neq; Prælaturam exercere, neq; inter Patres Regiminis annumerati poſſint eligi. Prælati autem neq; ab ipſis Viſitatoribus, neq; à Diffinitoribus niſi ob notoria demerita, & ſeu ob incurſum alicuius ex infraſcriptis erroribus vz in diuinorum offitiorũ, & miſſarum celebratione notabili

bili negligentia, & Eccleſiæ ſibi commiſſe, Ita quod eius culpa hore Canonicę, & alia diuina offitia non recitentur ſemel ſaltem à viſitatoribus deſuper admonitus neglectu, aut de hæreſis incurſu, vel ſuſpitione vehementi nec non pro falſi teſtimonij, aut Calumniæ, detractionis crimine conuicto, aut iudicum, & Principũ ſecularium, vel non habentium iuriſdictionem ſuper Congregationem, & ordinem ad impediendum ordinis obſeruationes, & tuenda ſua crimina imploratione, & refugio petito, uel contagione carnis, ordine iuris prius ſeruato verificata, aut enormium ſuorum ſubditorum criminum notabili poſt præcedentem monitionẽ diſſimulatione, vel blaſphemiæ, & percuſſionis conſuetudine, vel bonorum Monaſterij notabili diſſipatione, & contemptu, ſeu libelli infamatorij editione, vel ſcriptura, nec non mercaturarum propriarum exercitio, ac notabili abſentia, aut non reſidentia in Monaſterio cum commiſſo ſibi grege ſine ſuperiorũ permiſſione monitione etiam præcedente ex quibus omnibus caſibus priuatus, amplius niſi à capitulo, & tunc uiſa eius humiliatione approbari debeat, nec præter hos caſus priuari, vel amoueri niſi eum ad maiorem dignitatem ob ſuperuenientem alicuius mortem aſſumendi cauſa non poſſit, ac non modo triennium eidem Monaſterio integrum præeſſe, ſed ſi adminiſtratio eius laudabilis in eo triennio reperta fuerit, & vtilis ſuo Monaſterio à Capitulo in eodem Monaſterio per aliud triennium confirmari poſſit, quod quidem inſtitutum ini-

tium a proxime futuro capitulo nulla adhibita temporis præteriti, neq; Prælaturarum antea obtentarum conſideratione ſumere talis autem per ſexenium Monaſterio præfectus tempore ſex annorum à prælatura illius Monaſterij per triennium tantum vacare, & poſtea de nouo eidem Monaſterio præfici valeat. Regimen verò vtriuſq; Prouintiæ prædictarum de vno Capitulo ad aliud ſpectet pro vt in noſtris reformatione, & diuiſione per quam capitulo dictæ Congregationis licentiam, & facultatem conceſſimus, vt duo Regimina ſingulis annis conſtituat quorum vnum Lumbardiæ, alterum vero Tuſciæ Prouintijs præſit, & quorum quodlibet ſex Monachis conſtet in hunc vz. modum, vt quando Præſidens qui eligitur erit ex Prouintia Lumbardiæ tunc regimen ipſius Prouintiæ Lumbardiæ conſiſtat ex dicto Præſidente, & duobus viſitatoribus Lumbardiæ, nec non tribus Abbatibus etiam Lumbardis à capitulo nominandis. Regimen verò Tuſciæ eo anno ſit penes Abbatem Monaſterij ſeptimi dicti ordinis Floren. Diocceſis ac duos Viſitatores Tuſcos, nec non tres Abbates etiam Tuſcos à capitulo pariter nominandos cum vero contigerit Præſidentem eligi vnum ex prouintia Tuſciæ tunc regimen illius Prouintiæ ſit penes ipſum Præſidentem ac duos Viſitatores Tuſcos, nec non tres alios Abbates etiam Tuſcos à Capitulo vtſupra conſtituendos; Regimen verò Prouintiæ Lumbardiæ eo anno habeant Abbas Clarcuallen. Mediolan. & duo Viſitatores Lumbardi, nec non tres alij Prælati etiam Lombardi à Capituli

pituli

pitulo vt præfertur eligendi, in quorum omnium electione forma in eligendis dictæ Congregationis Prælatis obſeruari ſolita omnino obſeruetur, & ſuperiores electi vltra triennium non durent, & ſi contigeret vnum ex ſuperioribus electis ſuo durante offitio decedere, & alium in eius locum ſubrogatum in proximo ſequenti capitulo confirmari, ſeu de nouo eligi, declarauimus; tempus triennij ad obtinendas Prælaturas conceſſi non à die ſubrogationis, ſed à die confirmationis, ſeu electionis in capitulo generali factæ incipere debere, & acta omnia dictorum Patrum regiminis fideliter à ſcriba notata ad Capitulum in libro deputato deferantur, & ſi contigerit aliquem commendatarium Monaſteriorum ordinis prædicti Monaſterium ſibi commendatũ reformare, & menſas peculiares, & ſeparatas in bonis aſſignare per litteras Apoſtolicas iuxta conſuetudinem Congregationis talia Monaſteria ſub Regulari obſeruãtia eſſe per totam Italiam prædictæ Congregationis, & annexa Prouintiæ viciniori cenſeantur prout in litteris Alexandri, & Iulij prædeceſſorum prædictorum deſuper confectis continetur. Ac quod Prælati Ciſtelli, & Boniſolatij ad Capitulum cum Diſcreto accedere vt moris eſt, & quamquam ſint Monaſteria ſubiecta Abbati dicti Monaſterij ſeptimi, nihilominus etiam ipſi Abbates cum iuriſdictione ſolita & cõſueta cæteris Abbatibus vocari, & illis per Diffinitores in primo celebrando capitulo pro Monachorum in eis exiſtentium faciliori ſuſtentatione; & ne diuinus cultus in eis negli-

gatur

gatur bona aliqua ex dicto Monaſterio ſeptemi per ipſos Ciſtelli, & Boniſolatij Prælatos ad inſtar aliorum Prælatorum eiuſdem Congregationis regenda, & gubernanda aſſignare debeant, ac eiſdem Monaſterijs Ciſtelli, & Boniſolatij. Idem pro tempore exiſtens Abbas dicti Monaſterij Septimi in ſpiritualibus tantum præeſſe, & in ſeptimi huiuſmodi Monaſterio reſidere teneatur, liceatq; Priori nunc, & pro tempore exiſtenti Monaſterij Morimundi eiuſdē Cōgregationis cuius titulus Abbatialis per bonorum illius menſæ Abbatialis per piæ memoriæ Pium Pap. IIII. etiam prædeceſſorem noſtrum Hoſpitali maiori Mediolanen. ſuppreſſo dicto titulo Abbatiali applicate ſeparationem à menſa Monachis aſſignata factam uacat, & in quo ſtudiū exiſtit, ac in eo Nouitij ab Abbate benedicendi ad profeſſionem admittuntur titulo Abbatis Monachorum ſui Monaſterij, & ſuæ Menſæ vti Apoſtolica auctoritate tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus ad hæc litteris piæ memoriæ Alexandri VI. & Leonis, ac Iulij II. per quas inter alia voluerunt quod Monachus profeſſus vnius Monaſterij intelligatur profeſſus aliorum Monaſteriorum dictæ Congregationis, & profeſſus vnius Prouintiæ non poſſit ad aliam Prouintiam niſi obdemerita, vel ex gratia tranſmitti, & Procuratores in Curia ad Capitulum tamquam Prælati accedere ibiq; vocem actiuam, & paſſiuam quatenus per Patres Diffinitores decretum ita foret habere poſſint, ac Priuilegia, & indulta in ſuo robore remanere, & omnibus

bus Monaſterijs communia eſſe, æqualitasq; in negotijs Prouintiarum adminiſtrandis ſeruari debeant, nec non recolende memoriæ Leonis X. ſimiliter prædeceſſoris noſtri per quas quod nullus dictæ Congregationis perſonis ſub excommunicationis latæ ſententiæ, ac inhabilitatis ad uocem actiuam, & paſſiuam, nec non ea quam fugitiui ex dicta Congregatione iuxta illius inſtituta, & ſedis Apoſtolicæ ordinationem incurrunt pęnas ipſo facto ſi contrauenirent incurrentibus diſtrictè præcipiendo mandauit ne de cætero quiſpiam eorum per ſe, vel alium, ſeu alios directe vel indirecte quouis quęſito colore quoduis ex his quæ circa dictæ Congregationis, & illius locorum Regimen, & bene viuendi normam, ſiue per dictam ſedem, ſiue per Generale Capitulum Congregationis eiuſdem prouide eſſent diſpoſita, & diſponerentur impoſterum impugnare quoquomodo præſumerent, & ſi quæ controuerſiæ inter eos dum Capitulum generale huiuſmodi celebraretur pro tempore ſuſcitarentur per illius capituli Diffinitores, ſi verò extra capitulum orirentur per Præſidem, & Viſitatores dictæ Congregationis qui pro tempore forent componi eas, & terminari libere permitterent, & dictorum Diffinitorum, ac Præſidentis, ac viſitatorum decreta, & ordinationes de ſuper facienda inuiolabiliter obſeruarent, Poſtremo Sanctæ memoriæ Pauli III. Itidem prædeceſſoris noſtri per quas ſtatuit quod de cætero omnes, & ſinguli Prælati, & ſuperiores, ac etiam dictæ Congregationis Monachi cuiuſcunq; gradus

dus exiſtentes qui bona, ſeu fructus Monaſteriorum
Congregationis huiuſmodi ſibi ſub quocumq; prætex-
tu ſine ipſius generalis Capituli expreſſa, vel omnium
Diffinitorum huiuſmodi Congregationis licentia vſur-
pare præſumerent vltra pœnas, & cenſuras in tales per
regularia inſtituta ordinis, & Congregationis huiuſmo
di latas regimine, & adminiſtratione omnium Præla-
turarum, & officiorum ordinis, & Congregationis præ
dictorum ac voce actiua, & paſſiua eo ipſo priuati, &
ad illa, & alia quæcunq; Prælaturas, & offitia impoſte-
rum habenda, & exercenda perpetuo inhabiles cenſe-
rentur; Quodq; ipſi Prælati, & Superiores eorum Mo
nachis de uictu, & veſtitu, ac alijs neceſſarijs iuxta ea-
dem inſtituta prouidere, ipſoſq; Monachos, & alios
eorum ſubditos errantes corrigere, ac ſinguli eorum de
geſtis, & adminiſtratis per eos viſitatoribus dictæ Con-
gregationis ſeu Deputatis ab eis rationem reddere te-
nerentur; nec non Monaſteria Monialium niſi illarum
Confeſſores per ipſius Congregationis Diffinitores pro
tempore exiſtentes deputati forent ingredi, ac cum ip-
ſis Monialibus conuerſari nequirent, ac electiones Præ
latorum, & ſuperiorum eorumdem rite, & ſine ambi-
tione, ac corruptela celebrarentur, nec in huiuſmodi
electionibus libertas quoquomodo directe, vel indire-
cte impediretur, ſed vnicuiq; animi ſui ſententiam ex-
primere liceret robur Apoſtolicæ cõfirmationis adijci
mus; Poſtremo dictis Diffinitoribus creandi tres titu-
los Abbatiales ex vnaquaq; Prouintia pro illis diſtribu

endis

endis inter ſenes effectos, & habiles ob maturam eorũ ætatem nominandos quorundam locorum annexorũ alijs Monaſterijs maioribus dictæ Congregationis, & Abbates titulares huiuſmodi Priuilegijs aliorum Abbatum gaudeant, ſed vocem Capitularem non habeãt, & locum ſuum teneant poſt Prælatum illius loci in quo reſiderint, & ſeruitus, ac honor debitus illis exhibeatur, de quibus titulis Abbatialibus vnus ſeruetur, & detur illi qui fuerit electus Viſitator maior dictarũ Prouintiarum qui Viſitatoris non tituli Abbatialis ſed Viſitatoriatus cauſa, & reſpectu ad Capitulum accedat ſicut antea, abſq; tamen ſocio Diſcreto, ſed tantum retineat huiuſmodi dignitatem maioris honoris cauſa, & ad conſeruandum dicti ordinis decus licentiam, & facultatem concedimus ac impartimur, decernẽtes quod cauſarum, ſeu quæſtionum, & differentiarum quæ nõ fuerint notę in nouiſſima viſitatione de mandato præfati Ioannis Epiſcopi, & Cardinalis Apoſtolica tamen Auctoritate per Præſidentem dictæ Congregationis facta, & in proximo futuro Capitulo non detegentur, & iuſtificate non fuerint nulla impoſterum actio habeatur, ſed de eis, ac rebus elapſis annis præteritis cenſeri impoſitum perpetuum ſilentiam ad effectum poſt celebrationem Capituli proximè futuri nemini liceat improperare alicui defectus præteritos verbo, vel in ſcriptis ſub pœna excommunicationis latæ Sententiæ à qua non niſi per ſedem prædictam, & præterquam in mortis articulo abſolui poſſit, & priuationis vtriuſq;

vocis per decennium, quæ vero cognitæ fuerint, & punite in dicta uiſitatione, & quę forſan cognoſcētur, & punientur in proximo capitulo obſeruentur, ſed nulli liceat eas alteri improperare ſub eiſdem pœnis, teneanturq́; Prælati intimare Monachis ſuis; vt ſi quis aliquā aduerſus quempiam habeat querelam notificet Capitulo proximè celebrando, alioquin amplius non audiantur, & ſilentium imponatur ſub eisdem pænis, finito Capitulo ordinario; quocirca dilectis filijs curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali auditori, & venerabilium fratrum noſtrorum Mediolanen. ac Floren. Archiepiſcoporum in ſpiritualibus Vicarijs generalibus per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæconq; vbi, & quando expedierit ſolemniter publicantes faciant eaſdem præſentes litteras, & in eis contenta quæcunq́; inuiolabiliter obſeruari, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſt poſita compeſcendo, non obſtantibus ſimilis memoriæ Bonifatij Pap. VIII. pariter prædeceſſoris noſtri illa præſertim qua inter alia cauetur ne quis extra ſuas Ciuitatem, & Diocæſem niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ Diocesis ad iuditium euocetur, ſeu ne iudices à ſede prædicta deputati extra Ciuitatem, & Dioc. in quibus deputati fuerint contra quoſcunq́; procedere, aut alij, vel alijs vices ſuas committere audeant, vel præſumant, & de duabus dietis in Concilio generali edita

dum-

dummodo vltra duas dietas aliquis auctoritate præſertim ad iudicium non trahatur, ac alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non ordinis, & Monaſteriorum, ac locorum huiuſmodi iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitatæ alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis ordini, & Monaſteriis, ac locis prædictis illorumq; Abbatibus, Prioribus, Prælatis, ac alijs Superioribus, & perſonis quibuſcunq; tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatariarum derogatoris, alijsq; efficatioribus, & efficatiſſimis, ac inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in ſpetie, ac alias incontratium quomodolibet conceſſis, ac etiam iteratis vicibus, approbatis, & innouatis, quibus omnibus etiam ſi de illis eorumq; totis tenoribus ſpetialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus contrarijs quibuſcunq; aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab aedem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam ac de uerbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia generali, vel ſpeciali cuiuſconq; tenoris exiſtat per quam præſentibus non expreſ-

ſam, vel totaliter non inſertam effectus huiuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cuiuſcunq; toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpetialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, ordinationis, adiectionis, conceſſionis, impartitionis, decreti, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contrahire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſſimo quingenteſſimo ſeptuageſſimo non, decimo Kal. Iunij: Pontificatus noſtri anno ſeptimo. I. Rrouhe. Cæ. Glorierius. Pro Reuerendiſſimo D. Summatore A. Lanfredinus. Regiſtrata apud Cæſarem Secretarium.

GREGORIVS PAPA XIII.

AD. futuram rei memoriam. Cum ſicut expo ſuit nobis dilectus filius noſter Aloyſius Sãcti Angeli in foro piſcium Diaconus Cardinalis Eſtenſis nuncupatus vniuerſis ordinis Ciſtercien. apud nos, & ſedem Apoſtolicam Protector plures ambiguitates, atq; difficultates ex ordinationibus, & ſtatutis noſtris per alias noſtras literas ad reformationem, & conſeruationem dilectorum filiorum Monachorum Sancti Bernardi Ciſtercien. ordini congregationum iã pridem in italia, & Prouincijs Lombardiæ, & Thuſciæ piè inſtitutarum, & exinde inuicem perpetuò vnitarum editis, ac illorum vigore geſtis, & ſubſecutis in eiſdem Congregationibus, atq; illarum Abbatibus, Prælatis, & Monachis nuper ſubortæ reperiantur, cum ſilicet menſibus prçteritis defuncto quon. Coſmo Plan tanido Monacho, & Præſidente, dum in humanis age ret earundem Congregationum, quamuis à reliquis Prælatis ſuperſtitibus regiminis numerum vndecim duntaxat conſtituentibus in vnum pro electione alterius Præſidentis, iuxta ſtatuta, & ordinationes noſtras conuenientibus dilectus filius Iuuenalis Orabonus itidem Monachus, & Monaſterij Clareuallis Mediolanen. Dioc. Abbas in demortui Præſidentis locum electus, & concorditer ſuffectus fuerit. Nonnulli inſequẽtes potius nudam corticem verborum quam ſanam mentem, & rectum ſenſum conſtitutionum noſtrarũ,

quibus

quibus ſtatutum quidem fuit, vt regimen ipſum ex duodecim Prælatis, interquos Præſidens, qui pro tempore eſſet comprehenderetur, conſtaret, verum eueniente obitu illius capitulo generali Congregationum huiuſmodi congregato non exiſtente cum interim alter ſit eligendus, & donec electus fuerit per rerum naturam impoſibile ſit eum in numero illo duodenario conſtitui, obloquuntur, & pertinaciter aſſerere non ceſſant electionem huiuſmodi tamquam abſque interuentu omnium dictorum duodecim Prælatorum, ſiue electorum nullatenus canonicam, imò cum omnibus inde pro tempore ſecutis inualidam fuiſſe, ac eſſe. Idemque de Capitulo generali earundem congregationum vltimo in Monaſterio Trium fontiũ prope, & extra muros almæ Vrbis habito aſſeuerent, prætextu quod non ipſa tertia Dominica, ſed longe ante de menſe Februarij omnibus, qui illi intereſſe debebant per congruum tempus non expectatis, celebratũ, ad vocemq; actiuam, & paſſiuam in illo habendum criminoſi, & propterea, ſeu aliter maioris excommunicationis, alijſq; cenſuris eccleſiaſticis irretiti, atque inhabiles effecti, admiſſi, & forſan ad Prælaturas aſſumpti fuerint. Alij quoque dubitent an viribus ſubſiſtant, tàm approbatio, & electio ad Prælaturas vnius, qui minora offitia, iuxta prænarratas ordinationes noſtras gradatim per biennium nequaquam, ſed minoris viſitatoris offitium exercuerit à patribus Regiminis, quàm certæ aliæ electiones factæ de nonnullis mona-

chis

chis in Abbates, & Prælatos Monaſteriorum congregationum huiuſmodi, quorum aliqui aſſumpti fuerunt in ipſo capitulo ad Prælaturas, aliqui vero poſt illud abſolutum ab eiſdem Patribus exiſtimantibus id ſibi licere vigore priuilegiorũ Apoſtolicorum eiſdem congregationibus conceſſorum, & diſponentium, vt in emergentibus tempore quo non celebratur capitulum, ipſi eandem habeant facultatem, quam capitulum, & Viſitatoris maioris offitium, vt pote in eiſdem congregationibus laborioſiſſimum vices quorumcunque aliorum officiorum gerendorum, & biennij per quod exercitio minorum offitiorum approbandi ad Prælaturas vacare tenentur, ſupplere. Rurſus dubium non modicum ſuboriatur, quæ probationum ſpeties adhibenda ſit docendi cauſa monitos fuiſſe Prælatos à Viſitatoribus de eorum negligentia antequam ad priuationem deueniri poſſit, & quiſnam iuris ordo in id obſeruandus ſit, cum non deceat regulares forenſium decertationũ participes eſſe, & propterea idẽ Aloyſius Cardinalis, & Protector pro deſiderio ductus ſerenitati cõſcientiarnm, & tranquillitati, & quieti Præſidentis, Diffinitorum, Viſitatorum, & Prælatorum eiuſcemodi Congregationum, nec non cæterorũ earundem particularium religioſorũ conſulendi nobis humiliter ſupplicauerit, vt ſcrupulos, & perplexitates, ac alias difficultates ex præmiſſis quomodolibet inſurgentes, quæue in futurum oriri poſſent, remouere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur ad illas ſubmouendas

paternæ ſolicitudinis noſtræ ſtudium conuertentes, omnes, & ſingulos monachos, & Abbates, tàm approbatores, & Electores, quàm approbatos, & electos, & alios qui in prænarratis exceſſerunt, ſiue exceſiſſe dici poſſunt ab excommunicationis, aliiſque eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, quas propter præmiſſa, ſeu aliàs quomodolibet incurrerunt ad effectum præſentium duntaxat conſequendum abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus huiuſmodi inclinati, & optimi memores capitulum generale ſupradictum in Monaſterio Trium fontium ante ipſam tertiam Dominicam non expectatis omnibus, qui illi intereſſe debebant iuſtis ſubſiſtentibus rationibus, tum vigore aliarum noſtrarum in forma breuis litterarum, tum de mandato ſpeciali viuæ vocis oraculo bo. me. Ioanni Morono Cardinali Epiſcopo Oſtien. dum viuebat, vniuerſi Ciſtercien. ordinis itidem Protectori ſuper hoc, & multis alijs felicem directionem capituli huiuſmodi concernentibus ſibi per nos facto celebratam fuiſſe ipſam celebrationem, nec non approbationem aſſumendorum ad Prælaturas poſtmodum à Patribus Regiminis extra capitulum atque electioné vt ſupra de prænominato iuuenale in Præſidentem factas validas, & canonicas fuiſſe, ac eſſe, nec non de cætero quotiens Præſidentis offitium per obitum ceſſare, & capitulum ipſum generale congregatum non eſſe continget ad alterius Præſidentis electionem per Patres regiminis, non ſolum ſi vndecim dumtaxat,

ſed

ſed minoris numeri fuerint, eo quod obitu aliquorum ex eis eueniente, tot in rerum natura eſſe deſierint, dum modo omnino non minor numerus quam octo ex ipſis Patribus ſecundum tenorem aliarum noſtrarum litterarum electioni huiuſmodi vnanimes conſentiat legitimè procedi poſſe, & debere harum noſtrarum ſerie Apoſtolica auctoritate declaramus. Et nihilominus pro cautela potiori, etiam quod in ipſis Capituli generalis celebratione, vocemq; actiuam, & paſſiuam in illo habendam, criminoſi, excommunicati, aut alias inhabiles, vt præfertur, admiſſi, & ad Prælaturas aſſumpti fuerint, tam illas, ac ea, quàm comprobatio nes, & electiones ad Prælaturas etiam illius, qui gradatim minora offitia per biennium prius non exercuerat extra capitulum ſic ab eiſdem patribus factas approbamus, & confirmamus, ſupplentes quoſcunq; iuris, & facti, ac ommiſſarum quarumuis ſolennitatum etiam ſubſtantialium defectus, qui in præmiſſis quomodolibet interuenerunt. Deniq; de monitionibus Prælatis, vt ſupra negligentibus antequam priuari, & a Prælaturis amoueri poſſint faciendis quod ad docendum illos in id fuiſſe admonitos ſola aſſertio cum iuramento Viſitatorum ſufficiat, nec alicuius alterius probationis adminiculum requiratur, quodq; ad priuationem, & deſtitutionem huiuſmodi non iuris apicibus, ſed ijs duntaxat obſeruatis, quæ ſacri Canones in inquiſitionibus, & correctione morum, & vitæ rægularium obſeruari ordinarunt procedatur, eadem Apoſtolica auctoritate,

& ſic in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcunq; iudices, & Commiſſarios etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, aut cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores ſublata quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate iudicari, & diffiniri debere; ac irritum; & inane quicquid ſecus ſuper his ſcienter, vel ignotanter attentari continget, decernimus in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac ſub maioris excommunicationis, priuationiſq; vocis actiuæ, & paſſiuæ, ac quarumuis Prælaturarum, dignitatum, officiorum, adminiſtrationum, & obedientiarum, quas in eiſdem ordine, Congregationibus, illorũq; Monaſterijs, & aliis locis regularibus quomodolibet habent, ac obtinent, inhabilitatisq; ad illas in poſterum obtinendas, imò carcerationis, & alijs ſæuerioribus, & corporis afflictiuis eo ipſo incurrendis, & arbitrio ipſius Aloyſij Cardinalis, & Protectoris pro tempore Congregationum huiuſmodi exiſtentis infligendis pœnis diſtrictè præcipientes omnibus, & ſingulis ordinis, & Congregationum huiuſmodi Monachis, & Religioſis præſentibus, & futuris, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & præeminẽtiæ cuiuſuis exiſtentibus, vt declarationibus, cæteriſq; præſentibus noſtris contentis æquo animo acquieſcant, neq; aduerſus illa inſurgere, abloqui ſuſurare, aut murmurare aliquo modo palàm, vel publice audeant. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ordinis in ſuper Congregationum, Monaſteriorum, & regularium locorum ſupradicto-

rum

rum ſtatutis, vſibus, naturis, & conſuetudinibus etiã iuramento confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoq; indultis, ac literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet etiam motu proprio, ac iteratis vicibus etiam in vim contractus ſub quibuſcunque verborum formis, & tenoribus per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam nos, & ſedem Apoſtolicam conſiſtorialiter, ſeu aliàs etiam intuitu, vel ad inſtantiam Imperatorum, Regum, Ducum, aut aliorum Principum, & Dominorũ quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis; Quibus omnibus, & ſingulis etiam ſi de illis, eorumq́; totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, ac indiuidua mentio habenda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ſpecialiter, & expreſſe hac vice derogamus, & cæteris contrariis quibuſcunq;. Volumus etiam harum exemplis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Præſidentis, vel Protectoris pro tempore exiſtentis obſignatis, eandem prorſus fidem vbique adhiberi, quæ præſentes ipſæ, ſi exhiberentur, facerent. Dat. Romæ apud Sanctum Marcum ſub annulo Piſcatoris, Die 25. Augusti 1582. Pontificatus noſtri Anno Vndecimo.

Cæ. Glorierius.

AD futuram rei memoriam. Nuper pro parte dilectorum filiorum Abbatis Ciſtercii Cabilonen.dioc. Generalis Ordinis Ciſtercien. necnon Abbatum, Prælatorum, & Conuentuum Monaſteriorum dicti Ordinis, fuit nobis expoſitum quod alias regimen ipſius Congregationis medio tempore inter vnum & alterum Capitulum ſolebat de vniuerſo Sacerdotum numero propriæ Prouinciæ auctoritate Apoſtolica illos eligere ad Prælaturas vacantes, quos magis idoneos magiſq; dignos iudicabat: in qua quaſi poſſeſſione ſic eligendi per longum tempus perſeuerauit donec de Anno 1579. fœl. rec. Gregorius Papa XIII. prædeceſſor noſter inter alia ſtatuta ad reformationem Monachorum dicti Ordinis pertinētia decreuit,& mandauit,vt de cætero Capitulum dictæ Cōgregationis fieret de Triennio in Triennium,& in primo futuro Capitulo pro qualibet Prouincia tot Sacerdotes quot eſſent in ea Prælaturæ, & inſuper alii quatuor Sacerdotes habiles ad Prçlaturas exercēdas in quaque Prouincia approbarentur qui etiam ad Viſitatoris maioris officium ſimiliter approbati eſſe intelligerentur quodq; ii tantum ad Prælaturas, & Viſitatoris maioris officium huiuſmodi approbari deberent qui officia minora nempe Cellerariatus,& Prioratus digne gradatim ſaltem per biennium in quolibet officio fideliter exercuiſſent: atque vt ſemel approbati ſemper ha-

biles fore cenſerentur. Præterea vt deficiente approbatione huiuſmodi, numero ſiue per obitum illorum ſiue per priuationem ob commiſſa delicta in proxime futuris Capitulis, & non aliter alii in illorum locum ſufficerentur, ita quod ſemper numerus quatuor tantum extra Prælaturas à quolibet Capitulo haberetur, & ſi intra triennium aliquem Prælatorum decedere aut à Viſitatoribus vel à Capitulo ob aliqua demerita priuari contingeret alius extra numerum approbatorum prædictorum minime aſſumi poteſt ac alias prout in prædeceſſoris noſtri literis latius fuit expreſſum ſed quia, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, ab eo tempore ſuo, & experientia compertum eſt numerum huiuſmodi ad quatuor tantum ſimul nominatos reſtrictum Vniuerſitati dictæ Congregationis nequaquam expedire: tum quia dicti quatuor electi poſtquam ſecuri ſunt, ſe omnino futuros Prælatos ab obedientia & diſciplina regulari non parum recedunt, & quaſi immunes, & exempti a communibus religionis oneribus eſſe prætendunt: tum quia alii multi Sacerdotes eiuſdem Congregationis qui habiles, & inclinati ad laudabilia religionis opera eſſent, videntes ob aliorum iam factam electionem, ſe excluſos, nec poſſe ad gradus maiores aſpirare, animum deſpondent, nec curant vlterius progredi quod haud dubiè in magnum totius Congregationis damnum redundare dignoſcitur præſertim cum contingere poſſit vt durante electione quatuor approbatorum huiuſmodi ſecundũ

caſuum, & temporum varietatem vel omnes, vel pars eorum vita decedant, ſeu etiam aliqui interim minus idonei, alii vero magis, capaces,& vtiles congregationi detegantur vnde fieret, vt deficientibus quo quomodo approbatis in eorum locum ſubrogãdi nulla ſupereſſet facultas. Quare cum his & aliis iuſtis, & grauibus cauſis, & rationibus adducti iidem Abbas Ciſtercii Generalis qui pridem dictas Prouincias viſitauit necnõ Prælati,& Monachi dictæ Cõgregationis vtriuſque Prouinciæ Lombardiæ, & Thuſciæ nobis humiliter ſupplicauerint, ac etiam dilectus filius noſter Aloyſius Sanctæ Mariæ in Vialata Diaconus Cardinalis Eſten. nuncupatus illorum Protector pro eis apud nos vehementer interceſſerit petieritq́; vt ad maiorẽ ipſius Congregationis profectum, & incrementum bonorumq́; incitamentum de opportuno remedio prouidere, ex benignitate apoſtolica dignaremur. Nos tota re mature diligenterq́; cognita, & diſcuſſa, vt obuiam incommodis, & malis inde imminentibus eamus ſupplicationibusq́; huiuſmodi inclinati prædictum numerum quatuor Sacerdotum in ſingulis Prouintiis ad Prælaturas,& ad Viſitatoris maioris officium eligendorum auctoritate apoſtolica tenore præſentiũ ſupprimimus, & abolemus perinde ac ſi litteræ Gregorii prædeceſſoris noſtri huiuſmodi ſuper eo non emanaſſent quæ tamen in reliquis ad reformationem prædictam ſpectantibus ſuum robur obtineãt ſtatuimusq́; & ordinamus, vt poſt hac de toto numero Sacerdotum propriæ Pro-

uintiæ

uinciæ per regimen eiuſdem Prouintiæ Sacerdotes magis digni, & magis idonei ad quamlibet Prælaturam, & Viſitatoris maioris officium de tempore vacationis ipſius officii, vel Prælaturæ arbitrio ipſius regiminis eligantur ex illis qui officia minora Celerariatus, & Prioratus digne gradatim, vt præmittitur, ſaltem per bienniũ in quolibet officio huiuſmodi fideliter exercuerint, vtq; etiam tempus quo quilibet Sacerdos officium Viſitatoris minoris exercuerit computetur perinde, ac ſi idẽ Sacerdos per totidẽ tempus Celerariatus vel Prioratus officium exercuiſſet. Quare eiſdem Generali Congregationi, & regiminibus, Abbatibuſq; & Monachis dicti Ordinis vniuerſis, & ſingulis in virtute ſanctæ obedientiæ, vt id omnino obſeruent eadem auctoritate præcipimus, atq; iubemus præſentesq; literas, & in eis contenta quæcunq; nullo vnquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis ſeu intentionis noſtræ aut alio quouis vitio ſeu defectu notari argui vel impugnari poſſe ſed illas ſemper validas, & efficaces exiſtere, ac ſuos integros effectus ſortiri: Sicq; per quoſcunq; iudices ordinarios, & delegatos etiam cauſarũ Pallatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere irritumque & inane ſi quid ſecus ſuper his à quoq; quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingerit attentari decernimus. Non obſtantibus præmiſſis ac cõſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis necnon ordinis Congregationis Mona-

naſte-

naſteriorum regulariumq́; locorũ huiuſmodi ſtatutis vſibus, naturis, & conſuetudinibus ẽt iuramento confirmatione apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis priuilegijs quoq; indultis & litteris apoſtolicis in cõtrarium quomodolibet etiam motu proprio, ac iteratis vicibus, & ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis per quoſcunq; Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros ac ẽt nos, & ſedem apoſtolicam conceſſis approbatis, & innouatis quibus oĩbus, & ſingulis ẽt ſi de illis eorumq́; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica expreſſa, & indiuidua mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq́; contrariis quibuſcunq;. Volumus autem, vt harũ exẽplis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Præſidentis vel Protectoris nunc, &pro tempore exercentiũ dictæ Congregationis obſignatis eandem prorſus fidẽ adhiberi quæ adhiberetur eiſdem præſentibus ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud ſanctum Marcum ſub anulo Piſcatoris die 25. Septembris 1585. Pontificatus noſtri anno primo.

Io. Baptiſta Canobius.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX OMNIVM capitulorum in hoc volumine contentorum.

QVO tempore Capitulum generale Congregationis celebrari debeat. Cap. 1. fol. 3.
Qui nam accedere debeant ad Capitulũ. Cap. 2. fol. 4.
Quo tempore eligantur Diſcreti. Cap. 3. fol. eo.
De ſufficiendo numero ſacerdotum vocalium. Cap. 4. fol. 5.
Forma in Diſcreti electione ſeruanda Cap. 5. fol. 6.
De litteris teſtimonialibus. Cap. 6. fol. 7.
Quis tenor litterarum teſtimonialium. Cap. 7. fol. 8.
De expenſis pro Diſcretis faciendis. Cap. 8. fol. eo.
Quæ forma in capituli celebratione ſeruanda. Cap. 9. fol. 9.
De Scrutatoribus. Cap. 10. fol. 10.
Quomodo Diffinitores eligantur. Cap. 11. fol. 11.
Quomodo Capituli Præſes eligatur. Cap. 12. fol. 13.
Quæ auctoritas P. Præſidentis, & Diffinitorum. Cap. 13. fol. eo.
Modus in celebrando Capitulo tenendus. Cap. 14. fol. 15.
De electionibus Prçlatorum, & officiariorum. Cap. 15. fol. 16.
De Capituli reſolutione. Cap. 16. fol. 19.

Q Quomodo

Quomodo conſtituatur cujuslibet Prouintiæ Regimen, quæuis ſit eius auctoritas. Ca. 17. fol. 20.
Quo loco, quoue tempore capitulum celebretur. Cap. 18. fol. 22.
Quæ ſit auctoritas Patris Præſidentis. Cap. 19. fol. 23.
Præſidenti Prælatisue decedentibus vel amotis quomodo ſuccedatur. Cap. 20. fol. 24.
Quamdiu in eodem Monaſterio ſit Prælatura gerenda. Cap. 21. fol. 25.
De Viſitationibus faciendis. Cap. 22. fol. 26.
Quibus caſibus Prælati à Prælatura poſſint deponi. Cap. 23. fol. 27.
Quos ordines inter ſe ſeruent Prælati. Cap. 24. fol. 29.
De deputatis ad Prælaturas, offitia, & reſidentium Monaſteriorum. Cap. 25. fol. 31.
Pecuniæ ad ſumptus in Capitulo faciendos vnde ſint ſumendæ. Cap. 26. fol. 32.
Monachi quo pacto à Monaſteriis amouendi. Cap. 27. fol. eo.
De computis, & inuentariis ad Capitulum deferendis. Cap. 28. fol. 33.
Quod nullus tempore Capituli vel Viſitationis extra Monaſteria pernoctare audeat. Cap. 29. fol. 34.
Quæ, & quo ordine in Monaſterio vbi Capitulum celebratur Miſſæ ſint canendæ. Cap. 30. fol. eo.
A Carnibus dum, & vbi Capitulum fiet abſti

nendum. Cap. 31. fol. 35.
Monachi, Conuerſi & offitia gerentes quo pacto permutandi. Cap. 32. fol. 36.
Quomodo officiarii ab eorum offitiis ſuſpendi poſſint. Cap. 33. fol. eo.
Prior ſancti Andreæ à Buſco quomodo eligendus. Cap. 34. fol. 37.
De Diuinis offitiis. Cap. 35. fol. eo.
Quorundam ſanctorum feſta in Congregatione celebranda. Cap. 36. fol. 38.
Angelorum canticum nempè Gloria in excelſis Deo, & Symbolum Nicænum quomodo in Miſſis dicantur. Cap. 37. fol. 33.
Quod Anniuerſarium poſtridie Sancti Lamberti quotannis celebretur. Cap. 38. fol. 40.
Miſſæ de ſpiritu ſancto pro capitulo celebranda. Cap. 39. fol. eo.
Quomodo diuina offitia feria 5. 6. & Sabbato Hebdomadæ ſanctæ agantur. Cap. 40. fol. eo.
Quota hora noctis ad vigilias, ſeu matutinas laudes ſurgendum. Cap. 41. fol. 41.
Leniores quibus obſeruantiis eximantur. Cap. 42. fol. 42.
Monachi nulla niſi graui de cauſa ex Monaſterii exeundum. Cap. 43. fol. eo.
Quod Monachi, vel Conuerſi exeuntes non pernoctent extra Monaſteria. Cap. 44. fol. 43.
Solemnitatem Roſarii beatæ Virginis Mariæ

Congregationi noſtræ in conſuetudinem inducen. Cap. 45. fol. 44.
Quod officium a Conuerſis dicendũ. Cap. 46. fol. 45.
Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum qua reuerentia cuſtodien. Cap. 47. fol. 46.
Quo tempore ſit Monachis ieiunandum Cap. 48. fol. 47.
Qui ad Religionem admittendi, & quomodo. Cap. 49. fol. 48.
Quæ forma in emittenda profeſſione ſeruanda. Cap. 50. fol. 50.
Nouitiis qui Magiſter detur. Cap. 51. fol. 51.
De Monachis recens profeſſis. Cap. 52. fol. eo.
Qui vocem in Capitulo habeant. Cap. 53. fol. 52.
Ad ſacros ordines qui promouendi. Cap. 54. fol. eo.
Qui ſacerdotes celebrare permittantur, qui vero ſuſpendi debeant. Cap. 55. fol. 53.
Qui confeſſionibus audiendis præficiendi ſint. Cap. 56. fol. eo.
Qui caſus Prælatis reſeruentur. Cap. 57. fol. 54.
Quomodo Monachi confiteantur, & Euchariſtiæ Sacramentum ſumant. Cap. 58. fol. 55.
Correctionum qui modus. Cap. 59. fol. eo.
Proprietatis vitium a Monachis euitandum. Cap. 60. fol. 56.
Duos in ſingulis Monaſteriis eligendos, qui reditum adminiſtrationẽ viſitent. Cap. 61. fol. 57.
Libri Magiſtrales quo pacto conficiendi. Cap. 62. f. 58.

Quod

Quod non teneantur a Monachis libri prohibiti. Cap.63. fol. 59.
Scripturæ autenticæ, & Priuilegia Congregationis quomodo conſeruentur. Cap.64. fol. eo.
Procuratores in curia Romana qui ſunt. Cap.65. fo. 60.
Prælatus in vrbe quomodo alterius Monachis vtatur. Cap.66. fol. eo.
Ad Romanam curiam acceſſus quibus & quo modo concedatur. Cap. 67. fol. 61.
Impetrantes litteras contra Congregationis inſtituta qua pœna puniendi. Cap. 68. fol. eo.
Pecuniæ pro quindennio, ſeu annata quomodo reponendæ. Cap. 69. fol. 62.
Bona ſeu poſſeſſiones Monaſteriorum ante tēpus non locentur. Cap. 70. fol. 63.
Ædifitia quomodo conſtruenda. Cap.71. fol. 64.
Monachi quomodo voce priuentur. Cap.72. fol. 65.
Iudiciales actus inter Monachos quomodo fiant. Cap. 73. fol. 66.
Fugitiui qui, & quomodo recipiendi. Cap.74. fol. 67.
Carceres in omnibus Monaſteriis conſtituendos. Cap.75. fol. 69.
Carceribus detentos ab omnibus euitandos. Cap.76. fol. eo.
Calumniatores, aut alienæ famæ detrahentes qua pœna plectendi. Cap. 77. fol. eo.
Quod vnum Regimen alterius Regiminis ſententias non retractet. Cap. 78. fol. 71.

Quibus

Quibus pœnis rebelles diſcoli ac percutientes coerceantur. Cap. 79. fol. eo.
Impugnantes Religionem vel ſuperiores qua pœna caſtigandi. Cap. 80. fol. 72.
Quod nullus Congregationis Religioſus arma cuiuſuis generis teneat, vel ſecum deferat. Cap. 81. fol. 73.
Mulieres cuiuſuis conditionis, & gradus in Monaſteriorum clauſuras non admittendæ. Cap. 82. fol. eo.
A ludis, & Venationibus illicitis abſtinendum. Cap. 83. fol. 74.
Litterarum ſtudia in Monaſteriis exercitanda. Cap. 84. fol. eo.
Quod omnes in Refectorio cibi ſumant, ne quis lectione in Menſa careat. Cap 85. fol. 75.
Quod nullus in conſulto ſuperiore edat carnes. Cap. 86. fol. 76.
Quæ pecuniæ Monachis de loco ad locum migrantibus pro viatico dentur. Cap. 87. fol. eo.
Habitu quali Monachis vtendum. Cap. 88. fol. 78.
Quod nullus quicquam extra Monaſterium teneat. Cap. 89. fol. 79.
De Veſtiario Monachorum. Cap. 90. fol. 80.
Mutuare, largiri, permutare, ac vendere ſine licentia Monachis prohibitum. Cap. 91. fol. 81.
Barbas Monachi non nutriant. Cap. 92. fol. 82.
Quę reuerētia Sacerdotibus habenda. Cap. 93. fol. eo.

De